NVMERVM SINGVLAREM
QVA LEGE IN SENTENTIIS COLLECTIVIS PRAETVLERINT ROMANI

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AVCTORITATE ET CONSENSV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM IN ACADEMIA PHILIPPINA MARPVRGENSI ORDINIS AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

LVDOVICVS BECKER
CASSELANVS

MARPVRGI CATTORVM
TYPIS ACADEMICIS IOH. AVG. KOCH
MCMXIII

DISSERTATIO REFERENTE THEODORO BIRT
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE ADPROBATA
DIE XII MENSIS IANVARII a. MCMXIII

PARENTIBVS OPTIMIS

S.

In hac dissertatione de verbi numero singulari agetur ibi obvio, ubi subiectum constat compluribus e substantivis, sed ita, ut semper respiciamus, quo numero Graeci sint usi in eiusmodi sententiis.

Priusquam autem ad rem ipsam accedamus, non pauca habeo, de quibus in primo capite moneam lectorem, neque nisi inde a capite altero res ipsa, quam mihi proposui, pertractabitur.

Caput I.
Praemonenda.

I. De sententiis virorum doctorum.

Primum mihi sunt commemorandae artes non solum, quae ad usum scholarum pertinent, sed etiam aliae. In illis sunt Ellendt-Seyffert, Stegmann, Waldeck, Heraeus, Harre, Gillhausen-Moiszisstzig, Grotefend, Deecke, Ramshorn, Zumpt, Weißenborn 1).

1) Ellendt-Seyffert[13], Lat. Grammatik, 1873, § 134. — Stegmann, Lat. Schulgrammatik, Berlin 1889, § 113. — Waldeck, Lat. Schulgrammatik, 1891, § 44 sqq. — Heraeus, Lat. Schulgrammatik, Berlin 1885, § 206. — Harre, Lat. Schulgrammatik, Berlin 1885—88, II, § 4. — Gillhausen-Moiszisstzig[9], Praktische Schulgrammatik, 1883. — Grotefend, Lat. Grammatik für Schulen[3], Frankfurt 1820. — Deecke, Lat. Schulgrammatik, Berlin 1893, § 234 et Erläuterungen zur lat. Schulgrammatik, Berlin 1893, § 253 sqq. — Ramshorn, Praktische Grammatik der lat. Sprache, Leipzig 1822. — Zumpt, Lat. Grammatik, Berlin[6] 1828, § 373 sqq. — W. Weißenborn, Syntax der lat. Sprache, Eisenach 1835. — Schmalz-Landgraf, Reisigs Vorlesungen. — Draeger, Historische Syntax der lat. Sprache, Leipzig 1881. — Stolz-Schmalz in grammaticae Latinae compendio = (Iw. Mueller II[4], 2 § 40 b et § 108).

Nuper tractaverunt eandem rem Schmalz-Landgraf-Hagen-Herdegen, Draeger, Stolz-Schmalz, postremus Stegmann[1]).

Cum omnes idem fere dixerint, sententiam Stegmanni l. l. § 13, 1 et 2 afferre satis habeo:

1. Wenn 2 oder mehrere Subjekte zu demselben Prädikat gehören, so herrscht bei persönlichem Subjekt der Plural vor, während bei sachlichen und gemischten Subjekten der Anschluß an das zunächst stehende Subjekt durchaus die Regel ist. So in der attischen Prosa; die übrigen Schriftsteller zeigen hier und da individuelle Abweichungen.
2. Wenn die Subjekte sämtlich Personen und einfach kopulativ (et, atque, -que) verbunden sind oder in asyndetischer Aufzählung stehen, so sind je nach der Stellung des Prädikates folgende Fälle zu unterscheiden:
   a) Bei der gewöhnlichen grammatischen Stellung des Prädikates nach allen Subjekten ist die Beziehung auf die Gesamtheit der Subjekte weitaus das gewöhnlichste. In diesen Fällen ist der Numerus des Prädikates der Plural; weit seltener, aber immerhin durchaus nicht ausnahmsweise, findet sich der Anschluß des nachstehenden Prädikates an das nächste Subjekt: Varro L. L. 9, 107.
   b) Steht das persönliche Subjekt mit rhetorischem Nachdruck vor sämtlichen Subjekten, so schließt es sich meistens an das zunächst stehende Subjekt an: Varro R. R. 2, 1, 3: ut putavit Thales Milesius et Zeno Citieus.

Eandem sententiam invenimus apud eos viros doctos, qui artem Graecam scripserunt, quo in numero sunt

1) Kuehner[2]-Stegmann, Ausführliche Grammatik der lat. Sprache, Hannover 1912, §§ 13 et 14.

Kuehner-Gerth, Madvig; nihil dixit de verbi numero Bernhardy[1]).

Perlucide igitur videmus viros doctos in universum iudicavisse de verbi numero, sed non singulos Romanorum poëtas scriptoresque respexisse, si forte inter se in numeri usurpatione discordent. Zumptius tantum et Kuehner-Stegmann[2]) de Horatiano genere dicendi dixerunt. Zumpt: »Bei Dichtern aber, und namentlich bei Horaz, ist der Singular des Verbums, auch auf mehrere persönliche Subjekte bezogen, häufig cf. carm. II, 13: vergl. Bentley zu carm. I 24, 8.«

Stegmann: »So hat z. B. Horaz eine entschiedene Vorliebe für den Gebrauch des Singulars (nur 16 mal bezieht er das Prädikat auf alle Subjekte gemeinsam, dagegen 248 mal auf das zunächst stehende Subjekt).«

Krueger in grammat. Lat. § 287 adnot. 2 dixit: »Bei Horaz ist vorherrschend die Beziehung des Prädikates im Singular auf mehrere Subjekte, sowohl persönliche als unpersönliche, cf. Bentley ad. Od. I 24, 8. In den daselbst gesammelten Stellen steht das Verbum entweder vor oder hinter den sämtlichen Subjekten.«

Non secus sentiebat Bentley (in adn. ad carm. I 24, 8): »Silent hic interpretes adeo ut crediderit quis eos *invenient* in omnibus suis codicibus invenisse. Vide hominum securam negligentiam. Equidem in plus decem, quos penes me habeo aut habui, hisce oculis legi *inveniet;* illud alterum ne in uno quidem. Et sic plane habent editiones principes, Veneta et Loscheri. Mutatum vero ab eis est, qui triplicem nominativum *Pudor, Fides, Veritas* cum plurali numero libentius iungi existimarunt. In quo eos fefellit

1) Kuehner-Gerth[3], Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache, II, 2, § 370, 1—6. — Madvig, Syntax der griechischen Sprache, Braunschweig 1884, § 2. — Bernhardy, Wissenschaftliche Syntax der griechischen Sprache, Berlin 1829.

2) Zumpt l. l. adnot 1. Stegmann l. c. § 13, 1.

prorsus et latuit Horatiani sermonis genius: quem quia aliquoties in progressu operis necesse erit, observare, semel hic, ut opera illa defungar, lectori exhibebo: I 2, 38; 3, 3; 4, 16; 6, 10; 34, 12; 35, 21; II 13, 38; III 3, 10 etc. etc. . . . Sed abunde, credo, iam exemplorum est: et similia porro in ceteris Flacci operibus notabit diligens lector: videbitque vix unquam aliter exstare apud nostrum, nisi forte cum locus est mendosus.«

Hoc loco mihi non praetereundum est, quod Forbiger in adnotatione ad Verg. ecl. VI, 30 dixit, ubi reddidit verba Jahnii[1]): »contendens in eiusmodi locis Plurali opus esse, ubi plura nomina coniuncta opera eam rem, quae Verbo significetur, egisse existimanda sint, Singulari autem, ubi plures eandem rem diversi singulique suo quisque loco et tempore suisque tantum viribus egisse cogitentur, id pedestris quidem orationis scriptores meliores servare solent.«

De Vergilii consuetudine cf. Ladewig[2]): »Hat ein Satz mehrere Subjekte, so pflegt Vergil sich das Verbum im Numerus dem zunächst stehenden Substantiv anschließen zu lassen.«

Etiam alio loco atque eo quem supra commemoravi Schmalz[3]) verbi in numero singulari positi mentionem fecit: »Der Singular ist stehende Form in Aktenstücken« cf. Caes. bell. civ. I, 28 intercedit M. Antonius, Qu. Cassius, tribuni plebis. Sed Schmalz se continuit in scriptoribus Romanis, non quaesivit, quem numerum poetae Romani anteposuerint.

Guilelmus Konjetzny in primo capite operis quod est *de idiotismis syntacticis in titulis Latinis urbanis conspicuis* I A: de numeris singulari et plurali [= Archiv f. lat. Lexikographie XV] haec: »Duo subiecta particula ‚et' coniuncta numerus singularis verbi sequitur in his exemplis, in

1) Jahn ad Aen. V, 825.

2) Ladewig ad Verg. Aen. III, 269. Jahn in edit.[13] Ladew. nihil dixit de hac re.

3) Schmalz: Berliner Philologische Wochenschrift, XXX, 701.

quibus qua ratione numerus singularis positus sit, iis demonstratur, quae verbum primo loco offerunt, id quod etiam usu scriptorum optimorum probatur.«

Varronis sermonem tractavit Krumbiegel[1]) p. 10 sqq: »subiectum si constat duobus e substantivis in numero singulari positis, praedicatum item fere constanter eundem numerum exhibet. Pluralis enim paucissimis tantum locis exstat.«

Et infra p. 11: »paullo autem saepius antecedit verbum commune quam sequitur duo subiecta, ita quidem est, si praedicatum constat aut ex verbo substantivo et adiectivo aut solo ex adiectivo, adiectivum cum eo nomine congruat, quod propius positum est. Item eis locis, quibus amplectitur subiectum duo vel plus duo substantiva non omnia eodem in numero aut genere posita, praedicati numerus cum ea subiecti parte congruit, quae minore intervallo ab ipso praedicato distat, sive antecedit verbum, sive post subiecta positum est.«

Identidem praeceptor meus, Th. Birtius, animum nostrum advertit in illum poetarum usum, praecipue in Claudiani edit. [= in »Monumentis Germaniae historicis«] proleg p. 224, ubi multa, in quibus singularis verbi numerus adhibitus est, exempla congessit. Idem in ed. catalept.[2]) de eadem consuetudine dixit. De Graecorum autem prosaicorum genere dicendi cf. Wilpert, »Der Numerus des verbalen Prädikates bei den griechischen Prosaikern«, Oppeln 1904, ubi haec:

---

1) Krumbiegel: de Varroniano scribendi genere quaestiones. Lipsiae a. 1892.

2) in adnot. ad catalept III a, 7—8: *ut herbae*
Aspera rubus a meo sit remota sacello
ubi legimus »übrigens ist es für die römische Dichtersprache charakteristisch, daß sie bei mehrgliedrigem Subjekt, selbst wenn eines dieser Glieder im Plural steht, das Verbum doch gern in den Singular setzt sowie hier . . . Die Beobachtung ließe sich ausdehnen.«

p. III: »Aus den bis jetzt behandelten Stellen können wir deutlich ersehen, daß der Singular des verbalen Prädikates eine sondernde Kraft hat: er sondert das Hauptsubjekt aus. Außerdem sondert er auch die Subjekte, welche einander beigeordnet sind, und sagt somit aus, daß jedes Subjekt unabhängig von anderen eine Handlung ausführt. Dagegen vereinigt der Plural des verbalen Prädikates die Subjekte und sagt aus, daß diese mit einander verbunden handeln.«

p. XI: »Aus allen den Beispielen aber, die ich in diesem Abschnitte angeführt habe, ergibt sich wohl zur Genüge, daß im griechischen unzweifelhaft die Neigung vorherrscht, das verbale Prädikat mit seinem zunächststehenden Subjekte in Übereinstimmung zu bringen. Das Verb wird also bei mehreren sachlichen Subjekten in den Singular gesetzt, wenn das zunächststehende Subjekt ein Singular oder ein Neutrum im Plural ist. Der Plural oder Dual des Verbs kann in diesem Falle nur als Ausnahme angesehen werden.«

Quibus virorum doctorum animadversionibus, quas praemisi, commotus singillatim fusiusque inquiram, utrum poetae scriptoresque Latini numerum verbi singularem anteposuerint plurali an invicem, praesertim cum usque adhuc non nisi in universum de poetarum more actum sit.

2. De eis locis, ubi regnat numerus pluralis.

Primum autem meum est omnia exempla, in quibus poetae scriptoresque sive argumento sive grammaticis rationibus coacti numerum verbi pluralem usurpaverunt, praemittere atque seponere.

a) de plurali numero propter argumentum posito.

Sunt nempe quaedam verba quae nisi in numero plurali vix stare omnino possint:

concurrere: Verg. Aen. XII, 723–724:

Non aliter Tros Aeneas et Daunius heros
Concurrunt clipeis;

ridiculum enim esset *concurrit.* cf. Enn. ann. 423–424.

occurrere: Hor. serm. I 5, 40–41:

Plotius et Varius Sinuessae Vergiliusque
Occurrunt, animae, quales neque candidiores.

coire: Verg. Aen. VII, 317:

Hac gener atque socer coeant mercede suorum;

Ov. ars I, 564: Sic coeunt sacro nupte deusque toro

met. VIII, 299–300: Donec Meleagros et una
Lecta manus iuvenum coiere cupidine laudis.

Nolo lectionem cod. L: caluere.

convenire: Verg. Aen. I, 699; Ov. met. IX, 796–797.

consociare: Hor. carm. II 3, 9–11:

Quo pinus ingens albaque populus
Umbram hospitalem consociare amant
Ramis.

commetiri: Plaut. Most. 910–911:

Quin ego ipse et Philolaches in publico omnis porticus
Sumus commensi.

duplici ardore: Prop. I 3, 13–14:

Et quamvis duplici correptum ardore iuberent
Hac Amor hac Liber;

hic propter »duplici« pluralis positus est.

par: Ov. ars II, 728: Cum pariter victi femina virque iacent.

Varro rust. III 9, 21:

ut vicesimus dies et primus sint pares.

Quam coniecturam Schneideri sequor, codd. PAB: sit pari; v: sit par. nam ‚par' semper construitur cum verbi numero plurali. cf. Ov. ars III, 724: Inque pari spatio vesper et ortus erant. ibid. III, 800: Quo pariter debent femina virque frui. fast. IV, 523: Flent pariter molles

animis virgoque senexque. Pont. IV 9, 107: Stant pariter natusque pius coniunxque sacerdos.

inter se: Lucr. III, 282–283:

Consimili ratione necessest ventus et aër
Et calor inter se vigeant commixta per artos;

praeterea propter ‚consimili ratione' pluralis numerus positus est. Cic. de orat. III § 27: quam inter se sint Ennius, Pacuvius Acciusque dissimiles.

Vocabulo ‚inter se' respondet *ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους.* cf. Xen. Anab. I 10, 4: *ἐνταῦθα διέσχον ἀλλήλων βασιλεύς τε καὶ οἱ Ἕλληνες ὡς τριάκοντα στάδια,* cf. II 3, 28; IV 5, 34; IV 5, 35. Hellen. IV 8, 35: *τὸ μὲν πρῶτον Ἀναξίβιος καὶ Ἰφικράτης λῃστὰς διαπέμποντες ἐπολέμουν ἀλλήλοις.* Dem. *περὶ τοῦ στεφάνου* 189: *ὁ γὰρ σύμβουλος καὶ ὁ συκοφάντης οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἐοικότες ἐν τούτῳ πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρουσιν.* cf. Polyb. II 52; III 5; V 1; V 92[1]).

De *inter se* conferatur Stegmann[2]).

Verbi *discernendi* numerum semper pluralem invenimus: Varro rust. II 5, 6: discernuntur in prima vitulus et vitula. Eodem referatur substantivum *discrimen:*

---

1) E. Wilpert l. l. p. 3: ». . . deshalb findet sich der Plural oder Dual des Verbs ohne Ausnahme in allen Sätzen, in denen Personen in eine gegenseitige Beziehung zu einander gesetzt werden, also bei den Verben: sich mit einander unterreden, sich mit einander vereinigen, mit einander einen Vertrag schließen, mit einander übereinstimmen (derselben Ansicht sein), gegen einander kämpfen, sich von einander unterscheiden, von einander entfernt sein und ähnlichen. Das reziproke Pronomen kann hinzugefügt sein, kann aber auch fehlen; das Verb kann den Subjekten sowohl vorangehen als nachfolgen. . . . Hieran schließen sich die Sätze, in denen oft unter Hinzufügung eines Ausdrucks wie *τὰ αὐτὰ* die Einmütigkeit der Subjekte hervorgehoben wird.«

2) Kuehner-Stegmann l. l. § 14 adnot. 1: »manchmal ist der Plural des Prädikats durch besondere Umstände veranlaßt, so durch den Zusatz von inter se z. B. Cic. de inv. I 12: cum deliberatio et demonstratio neque ipsae similes inter se sint et ab iudiciali genere plurimum dissideant.«

Verg. Aen. V 154—155: Post hos aequo discrimine Pristis
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

Item *vices* poscit pluralem: Verg. georg. I 417—418:
Verum ubi tempestas et caeli mobilis umor
Mutavere vices.

Lectionem codicum MRbc, vias, esse falsam puto.
Ov. trist. V 3, 30:
Et peragant linguae charta manusque vices.

discedere: Varro rust. II 11, 12:
itaque discedimus ego et Scrofa.

bellum gerere: Ov. epist. XIV, 112:
Bella pater patruusque gerunt.
gerunt sc. inter se.

πολεμεῖν: Hom. Il. III 136—137:
Αὐτὰρ Ἀλέξανδρος καὶ ἀρηΐφιλος Μενέλαος
Μακρῇς ἐγχείῃσι μαχήσονται περὶ σεῖο.
III 253—254: *Αὐτὰρ Ἀλέξανδρος καὶ ἀρηΐφιλος Μενέλαος*
Μακρῇς ἐγχείῃσι μαχήσοντ' ἀμφὶ γυναικί.

cf. V 418—419; Xen. Hellen. IV 8 35.

celebrare hymenaeos: Verg. Aen. VII, 555—556:
Talia coniugia et talis celebrent hymenaeos
Egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.

Neque enim unus hymenaeos celebrare potest, sed duo.

monimenta parare: Ov. ars III 391:
Quaeque soror coniunxque ducis monimenta pararunt:
quia quaeque persona monimentum paravit.

nomen habere: Ov. am. I 15, 19—20:
Ennius ante carens animosique Accius oris
Casurum nullo tempore nomen habent.

Cum eis non unum nomen esse possit, pluralis numerus positus est.

corpora deponere: Verg. Aen. VII 107—108:
Aeneas primique duces et pulcher Iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris altae.

Numerus singularis sensu careret.

iura dare: Verg. Aen. I 292—293:

Cana Fides et Vesta Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt.

Eadem de causa non *dabit* sed *dabunt* legimus.

corpora dare: Ov. fast. II 365—366:

Romulus et frater pastoralisque iuventus
Solibus et campo corpora nuda dabunt.

fera dicta dare: Ov. Pont. IV 16, 31:

Cum Varus Gracchusque darent fera dicta tyrannis

Etiam hic res exigit pluralem.

Item verba *succedendi* (Verg. Aen. III 606—607) *accedendi* (Ov. epist. I 95—96) *effugiendi* (Pont. III 2, 32) = διαφυγεῖν (Polyb. I, 78) *eripiendi* (Tib. II 4, 40) *corripiendi* (Verg. Aen. IX, 500—502) semper in numero plurali posita sunt.

Fieri non potest ut, si nomina numeralia exstant, singularis usurpetur:

Ov. am. I 8, 54: Nec satis effectus *unus et alter* habent.
rem. 364: Impugnent *unus et alter* opus.
trist. I 3, 16: Qui modo de multis *unus et alter* erant.

Si subiectum compositum est aut ex binis pronominibus aut ex uno pronomine et nomine, pluralis numerus in verbo esse solet:

Plaut. Most. 910—911:

Quin ego *ipse et Philolaches* in publico omnis porticus
Sumus commensi.

De *commensi* vide supra.

Cic. de orat. I 39: quibus et *ego et tu,* Crasse, cum magna rei publicae salute praesumus.

Varro rust. II 11, 12: Itaque discedimus *ego et Scrofa;* vide supra.

ibid. III 2, 1: cum sole caldo *ego et Qu. Axius* senator tribulis suffragium tulissemus.

Una, simul formaeque pronominis *idem* idem poscunt; sed non omnia exempla afferre possum:

Plaut. Most. 144—145:

Nunc simul res, fides, fama, virtus, deus
Deseruerunt.

Poen. 576: Opportune egrediuntur Milphio una et vilicus.

Verg. ecl. VII 2:

Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.

Aen. I, 144—145:

Cymothoe simul et Triton adnixus acuto
Detrudunt navis scopulo.

I 84—85: Totumque a sedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis.

cf. II 476—478 una; 755: simul; IV 324—325 eadem; XII 443 simul; XI 834—835 simul; XII 714 in unum.

Ov. epist. III 9:

Nam simul Eurybates me Talthybiusque vocarunt.

XV 121: Non veniunt in idem pudor atque amor.

cf. ars II 362: isdem sub tectis; fast. III 861—862: simul; fast. V 29: simul.

Huc referantur etiam locutiones, quae nihil aliud significant nisi *una* vel *simul:*

Ov. am. II 17, 31—32:

Sed neque diversi ripa labuntur eadem
Frigidus Eurotas populiferque Padus.

am. I 10, 36: Quam socio motu femina virque ferunt. socio motu = simul.

ars II 478: Constiterant uno femina virque loco.

cf. fast. I 164: idem principium; I 673: commune officium. fast. V 495—496: socias vias.

ἅμα: Hom. Il. IX 170:

Κηρύκων δ' Ὀδίος τε καὶ Εὐρυβάτης ἅμ' ἑπέσθων.

X 196—197: *Τοῖς δ' ἅμα Μηριόνης καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱός
Ἦισαν.*

cf. XIII 690—691; XVII 494—495; Dem. *περὶ τοῦ στεφάνου* 197.

σύν: Hom. Il. XVI 335: *Πηνέλεως δὲ Λύκων τε συνέδραμον.*

Od. V 295–296:

Σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τε ἔπεσον Ζέφυρός τε δυσαής Καὶ Βορέας.

ἔπεσε (al.) metro non respondet.

cf. Aesch. Ag. 621–622; Soph. Oed. Tyr. 274–275; 802–804; Phil. 570–571; Herondas III 3–4; Xen. Anab. III 1, 35; Polyb. II 37; III 75; IV 16 (*ὁμοῦ*); V 24; V 65.

Saepe porro verbum in plurali numero ponitur, ut cumulatio exprimatur. Praecipue id fit in catalogis, ubi verbum semper fere antecedit substantivis:

Ter. Andr. 54: Dum aetas, metus, magister *prohibebant.*

Eun. 772: Simalio, Donax, Syrisci *sequimini.*

Varro rust. I 1, 9: de reliquis, quorum quae fuerit patria non accepi, *sunt* Androtion, Aeschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius, Euphiton, Euphorion, Eubulus, Lysimachus, Mnaseas, Menestratus, Plentiphanes, Persis, Theophilus. cf. ibid. 16, 13.

Cic. de orat. I § 215: neque eadem ratione ac via M. Cato, P. Africanus, Qu. Metellus, C. Laelius, qui omnes eloquentes fuerunt orationem suam et rei publicae dignitatem *exornabant.*

In hoc autem loco etiam duae aliae causae afferri possunt, cur Cicero posuerit pluralem:

a) propter ‚eadem', de quo vide supra;

b) propter enuntiatum relativum;

cf. Stegmann [1]); est igitur quasi assimilatio numerorum. cf. de orat. II 93; 327; 341.

Verg. ecl. V 72: *Cantabunt* mihi Damoetas et Lyctius Aegon.

1) Stegmann l. l. § 14 adnot. 1: »manchmal ist der Plural des Prädikats . . . veranlaßt durch . . . oder durch eingeschobene Nebensätze z. B. Cic. orat. 25, Caria et Mysia et Phrygia quod minime politae minimeque elegantes sunt, asciverunt aptum suis . . . cf. de orat. I § 43: si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus eis, de quibus disputaverunt, eloquentes et in dicendo suaves atque ornati fuerunt.«

Ov. epist. X 117: In me *iurarunt* somnus ventusque fidesque.
cf. ibid. XI 52; XII 161.
fast. I 110: *Sederunt* medio terra fretumque solo.
cf. II 829; III 1; 291–292; IV 287–288; 853–854; V 47–48; VI 268; 757; met. I 129; VI 153–154; XIII 282–283; 768–769; XV 287–288; Hor. serm. II 3, 227–230; epist. II 1, 163.
cf. Il. II 494–495: *Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦ ρ χ ο ν*
Ἀρκεσίλαός τε Προθοήνωρ τε κλόνιος τε.
cf. ibid. XXI 196–197; Od. XXII 454–456; Dem. *περὶ τοῦ στεφάνου* 137; 164; 165.

Quorum cohaerent ea exempla, in quibus effectus plurali numero fortius effertur:

Ter. Hec. 27–28:

Comitum conuentus, strepitus clamor mulierum
Fecere.

cf. Verg. Aen. X 604–605; Ov. epist. XVI 330.
fast. IV 927–928:

Sarcula nunc durusque bidens et vomer aduncus,
Ruris opes, *niteant.*

fast. V 453–454: Faustulus infelix et passis Acca capillis
Spargebant lacrimis ossa perusta suis.

Copia lacrimarum plurali verbi numero melius exprimitur.
met. IV 758–759: Taedas Hymenaeus Amorque
Praecutiunt.

cod.: *precipiunt.*
trist. I 1, 92: Consilium resque locusque *dabunt.*
III 4, 49:

Bosphorus et Tanais *superant* Scythiaeque paludes.

Pont. I 10, 35: Unda locusque *nocent* et causa valentior istis.
Hor. serm. I 6, 54–55: Optimus olim
Vergilius, post hunc Varius *dicere*, quid essem.

Hic consensus duorum testium Varii et Vergilii numero plurali fortius significatur quam singulari; mente addendum est *ambo.*

Hor. ars 374—376:

Ut gratas inter mensas symphonia discors
Et crassum unguentum et Sardo cum melle papaver
Offendunt.

cf. Hor. carm. III 4, 53—58; epist. I 14, 21—22.

Il. VIII 158—159: *ἐπὶ δὲ Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ*
Ἠχῇ θεσπεσίῃ βέλεα στονόεντα χέοντο.

cf. XV 589—590.

Il. XI 45: *Ἐπὶ δ' ἐγδούπησαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη.*

XIV 389—390:

Δή ῥα τότ' αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ.

cf. Od. IV 110—112; XV 461—462; XXIV 526; Soph. Aias 394—396; 859—863; 1390—1391; Trach. 129—130; 920—921; Philoct. 264—265; 314—315; Eur. Med. 160—161; 1074—1076; 1251—1252; Heracl. 790—792; Orest. 1242—1243; Herondas III 9. Xen. Anab. IV 2, 17; 2, 23; 7, 8; VI 6, 13; VII 5, 24. Cyr. paed. III 1, 4; Hellen. I 3, 13; 7, 1; II 4, 19; III 2, 6; VII 1, 33. Memor. II 1, 14; Polyb. I 78; IV 55; V 76.

Imprimis verba *διαπράττεσθαι* et *ἀποθνήσκειν* in plurali numero sunt:

Xen. An. IV 2, 17:

καὶ ὅτι τεθνᾶσι Κηφισόδωρος καὶ Ἀμφικράτης καὶ ἄλλοι.

cf. Hellen. II 4, 19; Memor. II 1, 14.

Porro sunt commemorandi imperativi, qui semper in numero plurali ponuntur propterea quod ad unum quemque separatim imperium derigitur:

Ov. epist. VI, 164: *Vivite,* devoto nuptaque virque toro.
rem. 607—608: Phyllidis exemplo nimium secreta *timete,*
Laese vir a domina, laesa puella viro.

Quamquam codices habent ‚timeto', sequor editorum lectionem.

Non sic apud Graecos; nam persaepe singularem invenimus, quo de usu infra mihi erit dicendum.

Verba, quae exprimunt strepitum, semper in numero plurali sunt:

Ov. met. V 152–153:

Hac pro parte socer frustra pius et nova coniunx
Cum genetrice *favent* ululatuque atria *complent*.

trist. I 3, 21: Luctus gemitusque *sonabant*;
nescio autem an ‚gemitus' et ipsum pluralis sit.

Hor. carm. III 16, 5–7: Si non Acrisium virginis abditae
Custodem pavidum Iuppiter et Venus
Risissent.

cf. Hom. Il. XI 45: *ἐγδουπεῖν*, cuius versus iam supra mentionem feci.

Adnumero huic agmini duo exempla:

1) Hom.Od. XV 144–145:

Δὴ τότε Τηλέμαχος καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱός
Ἵππους τε ζεύγοντ' ἀνὰ θ' ἅρματα ποικίλ' ἔβαινον.

Facile intellegi potest, cur Homerus posuerit pluralem: quod uterque heroum eodem curru utuntur.

2) Polyb. III 2: *Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἠμφισβήτουν.*

Etiam *ἀμφισβητεῖν* postulat propter argumentum pluralem. Sed haec quidem hactenus.

b) Nunc meum est de plurali numero propter rationes grammaticas posito longius disserere.

Exempla disponam per schemata quaedam litteris expressa ita ut **s** nomen, quod habet numerum singularem, **pl** nomen significet, quod in plurali positum est, **v** autem verbum finitum; qua in re non indicatur, neque enim interest scire, quot e substantivis constet subiectum, sed quo loco verbum sit positum, prout praedicatum aut antecedit aut post subiectum positum est aut medium inter substantiva locum tenet.

s + pl + v.

Hac in collocatione singularem numerum exspectare stulti est; re vera omnino eum non invenimus.

Plaut. Poen. 1404:

Quantum audivi ingenium et mores eius quo pacto *sient.*

cf. Capt. 517; ibid. 868; 909.

Enn. ann. 237—238:

Denique vi magna quadrupes eques atque elefanti
Proiciunt sese.

Ter. Haut. 936: Immo et gener et adfinis *placent.*

‚adfinis' pluralem esse mihi persuasum est.

cf. Lucr. III 96—97; 375; 480.

Cic. inv. I § 61: maxime Socrates et Socratici *tractarunt.*

cf. ibid. II § 24; de orat. III § 181.

Varro rust. I 9, 1: in ea enim et lapis et harena et cetera eius generis *sunt* in nominando comprensa.

cf. ibid. III 2, 13; 17, 4.

Verg. georg. I 346—347:

Omnis quam chorus et socii *comitentur*
Et Cererem clamore *vocent.*

cf. georg. I 269; II 243—244; III 384—385.

Aen. I 609:

Semper honos nomenque tuum laudesque *manebunt.*

cf. II 515—517; III 109—110; 211—212; 412—413; IV 274; V 621; VI 507; VII 568—569; VIII 40—41; 328; 418—419; 603; IX 142—144; 334; X 515—516; XI 521—522.

Ov. am. III 5, 43—44:

Livor et adverso maculae sub pectore nigrae
Pectus adulterii labe carere *negant.*

epist. VI 113: Si te nobilitas generosaque nomina *tangunt.*

cf. ars II 422—423; fast. II 465; IV 215—216; met. III 398; IV 392—393; VI 682; VII 288—289; VIII 508; X 571; XI 89; trist. I 3, 23; 5, 53—54; 11, 32; II 191—192; III 14, 38.

Tib. I 8, 39: Non lapis hanc gemmaeque *iuvant.*

cf. II 4, 37; III 4, 43—44; 4, 45—46; 4, 88.

Hor. serm. I 3, 97: Sensus moresque *repugnant*.
cf. I 1, 28—32; II 7, 36—37; epist. I 6, 28.
Prop. I 9, 7: Me dolor et lacrimae merito *fecere* peritum.

Nunc quidem nos convertamus ad sermonem Graecum:
Hom. Il. III 288—289:

Εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες
Τίνειν οὐκ ἐθέλωσιν Ἀλεξάνδρου πεσόντος.

cf. IV 31; VI 476; XII 22—23.
Od. XV 16—17:

Ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι.

cf. XVI 162; XIX 414—415; 459—461; XX 237; XXI 202.
Aesch. Pers. 480—482:

Κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαΐδος πέδον
Καὶ Θεσσαλῶν πόλεις ὑπεσπανισμένους
Βορᾶς ἐδέξαντ' . . .

cf. Prom. 670—671; Soph. Philoct. 565—566; Eur. Her. 784—786.
Xen. Anab. I 10, 2: *βασιλεὺς δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τά τε ἄλλα πολλὰ διαρπάζουσιν.*
cf. III 3, 11; 5, 13; IV 1, 1; 5, 11; 5, 19; 7, 9; 7, 22; 8, 16; V 2, 20; VI 3, 22; 6, 8; VII 1, 15; 3, 7. Cyr. III 3, 1; 3, 8; 3, 20; IV 1, 8; VII 4, 6; VIII 8, 2; 8, 12.
Hellen. I 4, 1: *Φαρνάβαζος δὲ καὶ οἱ πρέσβεις τῆς Φρυγίας ἐν Γορδίῳ ὄντες τὸν χειμῶνα τὰ περὶ τὸ Βυζάντιον πεπραγμένα ἤκουσαν.* cf. ibid. II, 4, 34; IV 1, 30; V 4, 45; VII 4, 36; Dem. *κατὰ Φιλ.* III 16; ibid. 72; *περὶ εἰρήνης* 20.

v + pl + s.

Fieri non potest, quin verbum in plurali numero positum sit, si forma v + pl + s adhibita est:
Verg. georg. I 333: *Ingeminant* austri et densissimus imber.
II 67—68: *Subeunt* morbi tristisque senectus
Et labor.

Aen. IV 167: *Fulsere* ignes et conscius aether.
cf. V 450; VIII 151; XI 422—423; VI 625—626; X 320.

Ov. am. II 6, 53—54: Illic innocui late *pascuntur* olores
Et vivax phoenix.

epist. III 27—29: *Venerunt* ad te Telamone et Amyntore nati,
Ille gradu proprior sanguinis, ille comes
Laertaque satus.

cf. VII, 65—66; 78; XVI, 105—106.

ars. I 638: *Dentur* in antiquos tura merumque focos.

cf. II 617; III 395—396; 677; fast. IV 751—752; V 731—732; met. VII 330; 431—432; VIII 294—295; IX 688—689; trist. II 101—102; IV 8, 3; Pont. I 6, 15—16; II 5, 40; 6, 16.

Tib. II 3, 47—48: At tibi laeta *trahant* Samiae convivia testae
Fictaque Cumana lubrica terra rota.

Hor. epod. XIII 13—14: Quem frigida tardi
Findunt Scamandri flumina lubricus et Simois.

Hom. Il. XVI 588:
Χώρησαν δ' ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ.
cf. XVII 316.

Aesch. Pers. 264—265:
*Πλήθουσιν νεκρῶν δυσπότμως ἐφθαρμένων
Σαλαμῖνος ἀκταὶ πᾶς τε πρόσχωρος τόπος.*
cf. Sept. 760—762; Soph. Philoct. 1285—1286; Eur. Her. 539.

Xen. Anab. II 2, 8: *καὶ ὤμοσαν οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος.*
cf. ibid. VI 1, 7; VII 4, 31; cf. Xen. Cyrop. IV 2, 18; VII 5, 27.

Quae exempla facile possunt augeri, sed longius progredi tempus monet.

pl + v | + s.

In hoc schemate virgula quam posui significat verbum copulae ,et' antecedere, qua de causa fieri non potest, ut verbum habeat singularem numerum:

Lucr. III 7—8: Aut quid nam tremulis facere artubus haedi
Consimile in cursu *possint* et fortis equi vis?
Verg. georg. IV 18—19:
At liquidi fontes et stagna virentia musco
Adsint et tenuis fugiens per gramina rivos.
Ov. am. I, 10, 61: Gemmae *frangentur* et aurum.
cf. fast. I 395—396; II 765; III 17—18; IV 69—70.
met. V 485—486: Lolium tribulique *fatigant*
Triticeas messes et inexpugnabile gramen.
cf. V 590.
Hor. carm. I 1, 23—24: Multos castra *iuvant* et lituo tubae
Permixtus sonitus.
cf. ibid. III 29, 27—28.
Hom. Od. XI 547:
Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.
Soph. Philoct. 325: *Ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν ἡ Σπάρτη θ' ὅτι.*
cf. Xen. Anab. I 8, 5.

s + | v + pl.

Quia verbum copulae ‚et' succedit, verbum in plurali esse necessarium fuit:
Verg. Aen. XI 724:
Tum cruor et volsae *labuntur* ab aethere plumae.
Ov. ars. III 537: Vesper et Eoae *novere* Lycorida terrae.
cf. met. XV 582; trist. III 5, 35; III 5, 39—40.
Hor. serm. I 3, 60—61: Ubi acris
Invidia atque *vigent* ubi crimina.
II 4, 28—29: Mitulus et viles *pellent* obstantia conchae
Et lapathi brevis herba.
cf. serm. II 6, 63—64; carm. II 6, 21—22; 20, 17—19; IV 15, 13—14.

Nullum eiusmodi exemplum apud Graecos inveni.

pl + v + pl.

Nemini dubium erit, quin praedicatum in numero plurali sit; rara autem exempla sunt:

Verg. georg. II 43—44:

> Mihi si linguae centum *sint* oraque centum,
> Ferrea vox.

Ov. met. XIV 499—500: Plumis nova colla *teguntur*

> Pectoraque et tergum.

cf. Hor. carm. I 30, 5—8; 35, 9—12; III 21, 21—23.

Hom. Il. II 340:

> *Ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεα τ' ἀνδρῶν.*

Haec hactenus: ubi vero in subiecto regnat singularis, tamen propter praedicati nomen vel participium vel appositionem pluralis positus est[1]):

Plaut. Capt. 562—563:

> Et quidem Alcumeus atque Orestes et Lycurgus postea
> Una opera mihi sunt *sodales*.

Lucr. III 65—66:

> Turpis enim ferme contemptus et acris egestas
> *Semota* ab dulci uita stabilique uidentur.

‚semota' est mea quidem sententia neutrius generis; in codd. *videtur*, quam lectionem Heinze probat, sed equidem secutus Lachmannum puto Lambinum recte refecisse *videntur*. cf. Lucr. III 269—270.

Cic. inv. I 13: et demonstratio et deliberatio generis causae *partes* non possunt.

cf. Cic. inv. I 41.

Aen. VII 520—521: *Defixique* ore tenebant

> Aeneas Anchisiades et fidus Achates.

cf. Ov. fast. VI 765; trist. IV 10, 47—48; Tib. IV 1, 10—11; Prop. I 18, 19—20; Hor. serm. II 1, 71—74.

---

1) cf. Wilpert: »Der Numerus des nominalen Prädikates bei griechischen Prosaikern«, Oppeln 1907. p. I: »Da ein Substantivum als Prädikat alle Subjekte unter einem gemeinsamen Gattungsbegriffe zusammenfaßt, so kann der Gebrauch des Plurals bei Subjekten, die Personen bezeichnen, nicht auffallen cf. Xen. Hell. IV 2, 8: *κριταὶ κατέστησαν Λακεδαιμονίων Μένασκος καὶ Ἡριππίδας καὶ Ὄρσιππος.*« De participiis cf. Wilpert p. V.

Hor. serm. II 1, 65–68: Num Laelius aut qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen
Ingenio *offensi* aut laeso dolore Metello
Famosisque Lupo cooperto versibus [1]).

cf. Hor. epist. II 1, 5–8.

Hom. Il. III 148–149:

Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ πεπνυμένω ἄμφω
Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν.

XIII 195–196:

Ἀμφίμαχον μὲν ἄρα Στιχίος δῖός τε Μενεσθεὺς,
Ἀρχοὶ Ἀθηναίων, κόμισαν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν.

adde XIX 400–401; XVII 533–534; XIX 392–393; XXII 239–240; Od. XV 248; IV 488; XII 195–196; XVI 1–3; XIX 459–461; XXII 375–376; Soph. Phil. 343–345; Aesch. Ag. 42–43; Supp. 995–997; Eumen. 130–131; Soph. Oed. Col. 1552–1554; Eur. Med. 1220; Iph. Aul. 106–107; Herond. I 89–90; Xen. Anab. I 4, 7; II 5, 41; 4, 15; V 2, 15; 6, 27; VI 5, 7; VII 2, 1; Cyr. V 5, 37; Hellen. I 3, 21; 7, 12; III 1, 6; 2, 14; IV 2, 8; V 2, 25; VI 5, 33; Dem. *περὶ τοῦ στεφάνου* 29; Polyb. I 20; 38; 39; 78; 79; II 32; 34; 41; 44; III 2; 116; IV 16; 31; 57; V 64.

---

1) Omnes codices habent *aut* itaque non est cur mutemus; Bentley mutavit in tertia editione *et* scribens pro *aut*, in prima editione scripserat *aut*; etiam Keller-Holder *aut*. Sed Keller in epilegom. ad Hor. pro ‚aut‘ legere maluit *et* »ich möchte mit Bentley et hier für grammatisch richtiger halten. Wahrscheinlich ist das unrichtige aut aus dem folgenden aut v. 67 entstanden«. Iam Schütz ad hunc locum certe monuit »der Plural konnte, was Bentley leugnet, auch bei der Disjunktion folgen (Zumpt: lat. Grammatik § 374), ja war hier ohne Mißverständnis kaum zu entbehren«; cf. Krueger l. c. § 287 adnot. 1, ubi legimus »auch bei einer Disjunktion mehrerer Subjekte durch aut — aut scheint die grammatische Beziehung des Verbums nur auf eins derselben, also der Singular natürlicher als der Plural, ebenso bei dem einmaligen aut; doch findet sich wenigstens auch der Plural« cf. Cic. off. I 41, 148: Si quid Socrates aut Aristippus contra morem civilem fecerint; cf. Liv. V 8.

Data hac occasione alicuius momenti est disserere de verbo *τυγχάνειν*.

Semper enim, si verbum *τυγχάνειν* usurpatur, legimus pluralem verbi numerum, quo in numero etiam participium cum *τυγχάνειν* coniunctum esse debere apertum est:

Xen. Anab. II 4, 15: *μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ἔτυχον ἐν περιπάτῳ ὄντες πρὸ τῶν ὅπλων Πρόξενος καὶ Ξενοφῶν.*

Hellen. V 2, 25: *πολεμαρχοῦντες μὲν ἐτύγχανον Ἰσμηνίας τε καὶ Λεοντιάδης.*

Sed haec quidem hactenus; nunc transeamus ad ea exempla, in quibus non nisi metri causa numerus pluralis positus est pro singulari, quem consuetudo poetarum commendabat:

Verg. Aen. X 543—544:

Instaurant acies Volcani stirpe creatus
Caeculus et veniens Marsorum montibus Umbro [1]).

Ov. am. I 9, 42: *Mollierant* animos lectus et umbra meos.

ars. I 27: Nec mihi *sunt visae* Clio Cliusque sorores.

Si scriberemus, ‚mihi est visa', deesset una syllaba.

fast. VI 757: At Clymenus Clothoque *dolent*; haec . . .

Pont. IV 12, 33:

Sed prius huic *desint* et bellum et frigora terrae.

Occasione data mihi commemorandum est ‚et — et' nihil valere ad numerum verbi; totiens forma ‚et — et' adhibita invenimus pluralem verbi numerum, quotiens singularem; item res se habet de *τὲ — καί*:

Tib. I 10, 49: Pace bidens vomerque *nitent*, at tristia [2]).

Hor. serm. II 8, 39—40: *Invertunt* Allifanis vinaria tota
Vibidius Balatroque.

1) Lectionem codicis M *instaurat* rei metricae causa respuimus; in Servii exempl. recte positus erat pluralis *instaurant*.

2) Codd. deteriores: *bidens vomerque vigent; nitens vomer viderit* A; *bidens vomerque nitet* P.

Hor. carm. I 15, 23–24: *Urgent* impavidi te Salaminius
Teucer, te[1]) Sthenelus.
carm. II 15, 5–7: Tum violaria et
Myrtus et omnis copia narium
Spargent olivetis odorem.

Sed alia causa afferri potest: constructio κατὰ σύνεσιν.
Hom. Il. IX 254–255: *Κάρτος μὲν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη*
Δώσουσ' αἴκ'.
IX 584–585; XII 290–291; XV 589–590; XIX 291; XXII 341.
Aesch. Sept. 376: *Λόφοι δὲ κώδων τ' οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός.*
Si singularis positus esset, aut hiatus esset aut una deesset syllaba.

Propter anaphoram.

Ubi anaphora comparet, complura enuntiata sunt, non unum ob eamque rem exempla, quae adscribo, nihil valent in hac demonstratione, quod poeta ubique coactus numerum praedicati posuit; nam semper hic verbum in proximi substantivi numero est. cf. Stegmann. l. l.
Verg. Aen. I 231–232:

Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere?

Ov. rem. 677–678:

Nunc tibi rivalis, *nunc* durum limen amanti,
Nunc subeant mediis inrita verba deis.

fast. I 362; Tib. I 3, 23–24; Prop. II 6, 9–10; Hor. epod. XIII 2–3.

---

1) Plurimi codices habent *te;* C *et*, quae lectio metro non respondet, quia metrum secundam syllabam longam postulat. Vollmer et Keller-Holder *te;* Bentley: *Teucerque et Sthenelus;* equidem secutus optimos codices scribam *te* quamvis invitus; singularis numerus exspectatur; confer Stegmann. l. l. § 13, 3b »sind die Subjekte durch anaphorische Wiederholung desselben Wortes in jedem Satz geschieden, so ist ebenfalls der Anschluß an das nächste Subjekt die Regel«. Nec nisi metri causa pluralem admissum esse puto.

Nunc dicam de structuris, quae inter se sunt contrariae. Etiam hic verbum in proximi substantivi numero positum esse debere nemo neget.
Ov. epist. VI 68: Terra *tibi, nobis* adspiciuntur aquae.
fast. I 595: *Hunc* Numidae faciunt, *illum* Messana superbum.
ibid. V 522; trist. V 5, 46—48.

Porro si subiectum constat binis ex pronominibus aut uno ex pronomine et uno substantivo, quae habent numerum singularem, tamen verbum numerum pluralem habere solet.
Varro rust. III 2, 1: *ego* et Qu. *Axius* tulissemus.
Cic. de orat. I 39: quibus et *ego* et *tu*, Crasse, cum magna rei publicae salute praesumus.
Hom. Od. XI 512: *Νέστωρ ἀντίθεος καὶ ἐγὼ νικάσκομεν οἴω.*
cf. Aesch. Ag. 1619—1620.
Ne ‚neque — neque' quidem pluralem prohibet cf.
Ter. Ad. 103: Haec si neque ego neque tu fecimus.

De pronominibus *αἱ δὲ, οἱ δὲ* etc.

Quibus particulis poetam vel scriptorem verbi numerum adiungere coactum esse per se elucet; pauca exempla afferam.
Hom. Il. IV 20: *Αἱ δ' ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη.*
ὑπέμυξαν: schol. Paris.

Hic subiectum est *αἱ δὲ, Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη* est appositio.
V 418—419: *Αἱ δ' αὖτ' εἰσορόωσαι Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη*
Κερτομέοις ἐπέεσσι Δία Κρονίδην ἐρέθιζον.
libri: *κερτομέοισιν ἔπεσσι.*
V 759—761: *οἱ δὲ* ..; cf. Od. XVII 182—183: *τοίδε.*

Constructio *κατὰ σύνεσιν.*

Verbum habet pluralem, quod antecedens nomen nihil aliud nisi *omnes* significat:

Hom. Il. XVII 153–154:

Αὖτις γὰρ δὴ τόν γε κίχον λαός τε καὶ ἵπποι
Ἕκτωρ τε Πριάμοιο πάϊς.

cf. Xen. Cyr. VI 1, 19 et Wilpert, in progr. anni 1904 p. VIII.

---

3. De singulari numero.

Hoc in capite agetur de eis exemplis, in quibus poetae coacti numerum singularem posuerint.

a) De anaphora.

Anaphorae supra fusius commemorationem feci; cf. Stegmann. l. c.

Plaut. Capt. 903–905:

Quanta pernis pestis veniet, *quanta* labes larido,
Quanta sumini absumedo, *quanta* callo calamitas.
Quanta laniis lassitudo, *quanta* porcinariis.

Catull. 63, 65–66:

Mihi ianuae frequentes, *mihi* limina tepida,
Mihi floridis corollis redimita domus erat.

cf. ibid. 64, 335; 66, 87–88.

Verg. Aen. I 513:

Obstipuit *simul* ipse, *simul* percussus Achates.

percussus: P^1VR; *perculsus:* MP^2 Servius.

cf. V 675; VII 473–474; XII 40–41.

Ov. epist. V 95:

Quid gravis Antenor, Priamus *quid* suadeat ipse.

cf. ars I 57; 541–544; rem. 141–142; fast. IV 138; trist. I 1, 42; III 3, 18; 4, 53; 11, 11–12; 12, 20; V 1, 31–32; 2, 23–24; 9, 7; Pont. I 8, 65; 10, 9; II 4, 19–20; III 3, 87; Tib. I 2, 95; 4, 65–66; 9, 33–34; II 1, 63; 3, 27; 4, 55; 5, 67–68; IV 1, 149–150; Prop. II 6, 11–12; 6, 41; 22, 35; 23, 21; Hor. carm. III 4, 58–60; 12, 5–7; IV 4, 25–28; 13, 17–19; 14, 41–43; 14, 45–50.

Exempla eiusmodi apud Graecos non inveni.

b) De contrariis.

Plaut. Capt. 38: *Illic* vocatur Philocrates, *hic* Tyndarus. cf. ibid. 39; 316; 654.

Ter. Ad. 126: Natura *tu* illi pater es, consiliis *ego*. ad Herenn. IV § 35: *non* est vita diligentia, *sed* avaritia.

Etiam propter praedicati nomen singularis. cf. ibid. IV 35; Cic. de orat. I § 118.

Verg. georg. I 509:

Hinc movet Euphrates, *illinc* Germania bellum.

cf. III 112; Aen. II 554—555; VII 37—38; XII 605—607; Ov. am. II 3, 16; epist. XVI 327; XVII 180; XIV 22; 86; ars III 502; rem. 571; trist. I 2, 5; 2, 6; 3, 41; II 354; 366; 486; III 1, 3; V 11, 27—28; Pont. I 3, 65; Prop. II 4, 9; 12, 20; Hor. carm. IV 2, 53—54.

Hom. Il. XIX 86—87: *Ἐγὼ δ᾽ οὐκ αἴτιός εἰμι,*

Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις ἐρινύς.

cf. Aesch. Suppl. 967; Coeph. 918; Eum. 143; Soph. Electra 528.

c) Neque — neque, aut — aut, nec — aut, non — vel, *οὔτε — οὔτε, ἢ — ἢ* etc. etc.

Singularis est in his:

Plaut. Capt. 614: neque pes umquam neque caput *compareat*.

Ter. Ad. 306—307:

Quam neque fides neque ius iurandum neque illum [misericordia
Repressit.

Eun. 493—494: Tum sicubi eum satietas
Hominum aut negoti si quando otium ceperat.

cf. ibid. 729; Lucr. III 147—148; 631—632; Cato. agr. 6, 3; 149, 2.

ad Herennium II 15: num qua obrogatio aut derogatio sit. cf. IV 5, 1; Varro rust. I 9, 1; 57, 2; Verg. ecl. IV 55—56; georg. I 395—397; Aen. X 510—511; Ov. am. I 11, 9—10;

trist. I 3, 7; V 2, 56; Tib. I 1, 65–66; 2, 79–80; 3, 47; 10, 9; 10, 35; III 4, 25–26; 4, 90–91; IV 1, 137–139; 1, 198–199; Prop. II 1, 3; 3, 8–14; 4, 17–18; 9, 15–16; 18b, 11; 20, 19; 24b, 17–18; Hor. carm. I 16, 9–10; II 16, 15–16; 17, 13–15; 18, 1–2; III 1, 41–44; 30, 2–5; IV 1, 28–32; 7, 23–24; 15, 17–19.

Hom. Il. XVII 398–399:

Οὐδὲ κ' Ἄρης λαοσσόος οὐδὲ κ' Ἀθήνη
Τόν γε ἰδοῦσ' ὀ ν ό σ α ι τ'.

cf. Od. II 26; XVI 302–303. cf. Aesch. Pers. 14–15; 700; Prom. 479–480; 792–793; Ag. 55–59; 503–504; Coeph. 747–748; Eum. 71–72; 299–300.

Admirationem vero habet Soph. Trach. 882–883:

Τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι τάνδ' αἰχμὰν
Βέλεος κακοῦ ξ υ ν ε ῖ λ ε[1]).

τ ί ν ε ς ν ό σ ο ι est appositio, quam metri causa postea additam esse mihi persuasum est; est igitur interpolatio. Ceterum cf. Soph. Trach. 132–133; 606–607; 1048–1049; 1058–1061; Oed. Tyr. 56–57; 116–117; Oed. Col. 1679–1680; Ant. 450–451; 953–954; Eur. Med. 655–656;

1) Audias quaeso, quid sentiant viri docti; apud Dind. legimus »in his versibus (81–86) plura interpolata, ut partim verba ipsa et metrorum formae parum probabiles docent. Suspectum *τίς θυμός* ubi simpliciter potius *θυμός* dicendum fuisset; unde *τίς* delevit Hermannus; legit scholiasta, qui explicat *τίνι θυμῷ χρησαμένη ἑαυτὴν ἀνεῖλεν; ἢ τίς θυμὸς, φησὶν, ἀνεῖλε τὴν Δηιάνειραν;* et alius *ἀντὶ τοῦ τίνα θυμὸν εἶχε τότε; τίνες νόσοι,* quae dementia, ut explicat Linwoodius«. Schneidewin: »Das Prädikat *ξυνεῖλε* hat sich nach dem Worte *θυμός* gerichtet (cf. Ant. 1133), da *τίνες νόσοι* nur jenes nachträglich bestimmt.« Simile est, ut mihi videtur, quod invenimus Verg. Aen. VII 162–163:

ante urbem pueri et primaevo flore iuventus
exercentur equis domitantque in pulvere currus.

iuventus est appositio; cod. P habet singularem: *γ: exerce*ⁿ*tur;* reliqui codices *exercentur* quos secutus scribam *exercentur;* accedit enim, quod sequitur *domitant* quod codd. omnibus firmatur.

cf. Hor. serm. II 6, 65–67: Quibus ipse meique . . . vescor. *meique* est parenthesis: scriptum est pro *cum meis.*

Her. 316–317; Herondas II, 19–20; IV 63; Xen. Anab. I 5, 5; 10, 16; Dem. *κατὰ Φιλίππου* C 27; 29; 37.

Pluralis in his:

Varro rust. I 7, 6: ut neque ficus neque vites *amittant* folia.

I 7, 8: ubi nec vitis nec olea nec prona *nascerentur*. cf. Verg. ecl. X 29–30; Ov. trist. III 2, 11–12; 8, 23; Tib. I 7, 43; 8, 3; II 3, 12; 4, 13; III 3, 39–40; 4, 85–86; IV 1, 76–77; Prop. II 16, 51.

Quae consuetudo est aliena a dicendi genere Graecorum.

Duae exceptiones esse videntur, quarum unus locus ad Herenn. IV § 4 sic corruptus est, ut rem diiudicare nequeam; Kayser sic coniecit: *quo modo Ladas aut Boeotus Sicyonius cursitarint.* Marx: *quomodo Ladas aut* + *bouiscum sisonius cursitarint;* inspiciamus codices; *ladas aut* P²ld.; *laudas aut* Bb; *lau aut* P; *laudas cu* H; *ladas aut* C.

Tib. IV 1, 48–49:

Non Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur
Nestora vel parvae magnum decus urbis Ulixen.

Plus semel fit, ut substantiva copula *aut* coniuncta numerum verbi pluralem habent. cf. Krüger. l. l. § 287 adn. 3, qua de re iam supra p. 21 dixi.

d) Si structura unum quidem praedicatum, sed complura subiecta continet, quorum cuique aliquid attributum est, numerus verbi par est proximo subiecto.

cf. Stegmann.[1]).

Id nonnulla exempla ex Romanis et Graecis allata doceant:

1) Stegmann l. c. § 13, 32: »Wenn das gemeinsame Prädikat für jedes der Subjekte noch durch besondere Bestimmungen modifiziert wird, so ist der Anschluß an das nächste Subjekt die Regel.«

Ter. Ad. 836–837: Tuae istae nos rationes, Micio,
Et tuos iste animus aequos subvortat.

Cic. de orat. II § 35: et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur. cf. III 28; 211.

Varro rust. prooem. § 4: nascatur frumentum in segete et pabulum in novali. II 1, 19; 8, 1; 11, 11. Verg. Aen. X 361; Ov. ars II 103; 471; 737–738; III 11–12; 81–82; trist. I 1, 7; 3, 85; II 299–300; IV 1, 55–56; V 2, 23–24; Pont. II 5, 61–62; IV 8, 61–62; Tib. I 4, 25–26; IV 1, 173; Hor. carm. III 23, 5–9; Prop. II 1, 44; 1, 59–60; 3, 5–6; 24 b, 27–28; 25, 15–16.

Hom. Od. VIII 129–130:
Δίσκῳ δ' αὖ πάντων πολυφέρτατος ἦεν Ἐλατρεύς,
Πὺξ δ' αὖ Λαοδάμας, ἀγαθὸς πάις Ἀλκινόοιο.

προφερέστατος vel *προφερέτερος*: al.
cf. VIII 283–284; Eur. Iph. Aul. 1220; Herond. II 75–76; Xen. Anab. I 8, 4; Polyb. III 114.

e) Propter praedicati nomen:
in huius generis definitionibus:

ad Herenn. III § 3: *fortitudo* est rerum magnarum appetitio et rerum humilium contemptio et laboris cum utilitatis ratione perpessio. cf. III § 26.

Cic. inv. I § 13: deinde si constitutio ipsa et pars eius quaelibet intentionis *depulsio* est. cf. I § 13; § 98.

Ov. Pont. III 9, 55–56: Quorum non gloria nobis
Causa sed utilitas officiumque fuit.

Ex enuntiato negativo ‚causa' addendum est ad ‚fuit'. cf. IV 13, 3–4; 14, 49–50; Tib. III 2, 29–30; Hor. carm. III 24, 21–23.

Nihil eiusmodi apud Graecos.

f) Sequuntur schemata haec:

s + v + s.

Ter. Hec. 25–26: Pugilum gloria,
Funambuli eodem *arcessit* exspectatio.

Phorm. 33—34: Quem actoris uirtus nobis *restituit* locum
Bonitasque uestra adiutans atque aequanimitas.
cf. Lucr. III 693—694; ad Herenn. IV § 43; Cic. inv. II § 161; de orat. I § 24; Varro rust. I 1, 5; I 2, 43; Verg. georg. II 20—21; Aen. I 623—624; XI 429—430; XII 518—521.

Hom. Il. II 858:
Μυσῶν δὲ Χρόμις ἦ ρ χ ε καὶ Ἔννομος οἰωνιστής.
cf. II 862; 876; IX 706; X 57—59; 523; XII 93; XV 413; XVIII 28; Od. V 63—64; XIV 172—173; V 100; XVI 298; XVII 68; XVIII 377—378; XXI 10—12; 186—187; Aesch. Suppl. 509; Pers. 115—116; Sept. 882—883; Soph. Trach. 808—809; Oed. Tyr. 774—775; Oed. Col. 704—706; Phil. 133—134; 1466—1468; Eur. Med. 740; Eur. Her. 925—926; Iph. Aul. 1300—1303; Herond. II 8; Xen. Anab. I 2, 7; 2, 9; 4, 4; 8, 4; Dem. *κατὰ Φιλίππου* A 24; 59; *περὶ τοῦ στεφάνου* 80; 114; Polyb. V 15.

s + v | + pl.

Verbum copulae ‚*et*' vel ‚*que*' antecedit, qua de causa fieri non potest, quin verbum habeat singularem numerum.

Verg. georg. I 243:
Sub pedibus Styx atra *videt* manesque profundi.
Aen. III 97—98: Hic domus Aeneae cunctis *dominabitur* oris
Et nati natorum et qui nascentur ab illis.
cf. VIII 455—456; XI 528—529; 597—599; Ov. epist. XV 85—86; XX 55; ars III 541—542; Prop. II 2, 5.
Hom. Il. XIV 120: *Ὣς γάρ που Ζεὺς ἤ θ ε λ ε καὶ θεοὶ ἄλλοι.*
cf. XVIII 116; XX 194; Od. III 346; XII 13; XIII 192; 245; XIV 119; XVIII 112; XXII 413; Eur. Med. 253—254.

pl + | v + s.

Copula *que* vel *et* ante verbum posita efficit, ut singularis numerus usurpatus sit:

Verg. Aen. XII 576:

Scalae improviso subitus*que apparuit* ignis.

Ov. fast. II 376: Caestibus et iaculis *et misso* pondere saxi. cf. Hor. carm. I 3, 2–3; 20, 6–8. Unum eiusmodi exemplum apud Graecos mihi occurrit:

Aesch. Eum. 185–187:

Ἀλλ' οὗ καρανιστῆρες ὀφθαλμωρύχοι
Δίκαι σφαγαί τε σπέρματος ἀποφθορᾷ
Παίδων κανοῦται χλοῦνις.

Postremo sunt memorabilia ea exempla, in quibus

g) metrum coegit poetam singularem ponere:

Plaut. Trin. 596:

Gestandust peregre clupeus, galea, sarcina [1]).

Nam pluralis non aptus erat ad metrum, quia quattuor syllabae ortae essent pro tribus.

Tib. IV 1, 165–166:

Fertilis hanc inter *posita est* interque vigentem
Nostraque et huic adversa solo pars altera nostro.

Eadem de causa; accedit, quod hoc loco fortasse ellipsis verbi ‚esse' statuenda est, de qua vide infra.

h) ubi *ἓν διὰ δυοῖν* est.

Plaut. Most. 163–164: Tum mihi Amor et Cupido
In pectus perpluit meum.

Nam *Amor et Cupido* = ‚die Liebe'.

Hor. epod. XI 9–10:

In quis amantem languor et silentium
Arguit.

Nam ‚der languor gibt sich kund in dem silentium' K.

i) ubi ellipsis verbi ‚esse' exstat.

Verg. ecl. III 57:

Nunc frondent siluae, nunc formonsissimus annus;

supple »est«.

---

1) *gestandu si:* B; *gestandum:* D; *gestandu:* C.

georg. II 4—6: Tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager.

Omnia sc. sunt plena.

georg. III 500—502: Demissae aures, incertus ibidem
Sudor et ille quidem moriturus, aret
Pellis et . . . resistit.

demissae sc. sunt; aures arere non possunt.

Ov. am. I 13, 7—8:
Nunc etiam somni pingues et frigidus aër
Et liquidum tenui gutture cantat avis.

Neque somni neque aer cantare potest, qua de causa adde *est* vel *sunt*.

fast. III 297—298:
In medio gramen muscoque adoperta virenti
Manabat saxo vena perennis aquae.

erat addere debemus ad primum membrum. cf. Hor. carm. II 7, 11—12.

Hactenus ea exempla, ubi scriptores re coacti modo pluralem modo singularem adhibuerunt neque libertas fuit electionis. Quibus tandem absolutis incipit observatio de praeoptato numero singulari, qui ibi manifestus est, ubi aut re aut metro etiam pluralis concedebatur. Multo rarius autem pluralem positum esse apparebit.

Caput II.

De dicendi genere Graecorum.

Scriptores Romanos praecipue mihi tractandos elegi; ad quos priusquam accedam, brevi disserere mihi liceat, qua ratione in his rebus Graeci sint usi; nec tamen omnes me respexisse consentaneum est. Adhibui Homerum, tragicos, Herondam, Xenophontem, Demosthenem Polybiumque [1]).

Homeri Ilias (Ludwich).

v + s + s.

I 28: *Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο.*
II 512: *Τῶν ἦρχ' Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος, υἷες Ἄρηος.*
Quamquam *υἷες* positum est, verbi numerus est singularis.
II 830: *Τῶν ἦρχ' Ἄδρηστός τε καὶ Ἄμφιος λινοθώρηξ.*
II 842–843: *Τῶν ἦρχ' Ἱππόθοός τε Πύλαιός τ', ὄζος Ἄρηος,*
Υἷε δύω Λήθοιο Πελασγοῦ Τευταμίδαο.
II 844: *Αὐτὰρ Θρήικας ἦγ' Ἀκάμας καὶ Πείροος ἥρως.*
IV 46–47: *Τάων μοι περὶ κῆρι τιέσκετο Ἴλιος ἱρὴ*
Καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐυμμελίω Πριάμοιο.
IV 164–165: *ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ*
Καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐυμμελίω Πριάμοιο.
cf. VI 448–449.

1) Horum scriptorum nonnullos pertractavit etiam Wilpert: »Der Numerus des verbalen Prädikates bei den griechischen Prosaikern«, Oppeln 1904, et: »Der Numerus des nominalen Prädikates bei griechischen Prosaikern«, Oppeln 1907.

IV 186—187: *Εἰρύσατο ζωστήρ τε παναίολος ἠδ' ὑπένερθε Ζῶμά τε καὶ μίτρη.*
ἐρύσατο: S.
V 592: *Ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ πότνι' Ἐνυώ.*
VI 413: *Οὐδέ μοί ἐστι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.*
471: *Ἐκ δ' ἐγέλασσε πατήρ τε φίλος καὶ πότνια μήτηρ.*
ἐγέλασε: al.
VII 9—10: *Ὃν κορυνήτης Γείνατ' Ἀρηΐθοος καὶ Φυλομέδουσα βοῶπις.*
VIII 123: *Τοῦ δ' αὖθι λύθη ψυχή τε μένος τε.*
287: *Αἴ κέν μοι δώῃ Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀθήνη.*
540: *Ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων.*
551—552: *Μάλα γάρ σφιν ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρὴ Καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐυμμελίω Πριάμοιο.*
om. libri; addidit Bornes ex Plat. Alcib. II p. 149 D.
IX 635—636: *Τοῦ δέ τ' ἐρητύεται κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ Ποινὴν δεξαμένῳ.*
X 220: *Νέστορ, ἔμ' ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ.*
319: *Ἕκτορ, ἔμ' ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ.*
378—379: *Ἔστι γὰρ ἔνδον Χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος.*
XII 3—4: *Οὐδ' ἄρ ἔμελλε Τάφρος ἔτι σχήσειν Δαναῶν καὶ τεῖχος ὕπερθεν.*
XIII 430: *Τὴν περὶ κῆρι φίλησε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.*
827: *Ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων.*
XV 32: *Ἥν τοι χραίσμῃ φιλότης τε καὶ εὐνή.*
396: *Ἀτὰρ Δαναῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε.*
XVI 63: *Νῆας ἐμὰς ἀφίκηται ἀυτή τε πτόλεμός τε.*
333—334: *Τὸν δὲ κατ' ὄσσε Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.*
366: *Ὡς τῶν ἐκ νηῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε.*
453: *Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών.*
844—845: *Σοὶ γὰρ ἔδωκε Νίκην Ζεὺς Κρονίδης καὶ Ἀπόλλων.*

XVI 852—853: Ἀλλά τοι ἤδη
Ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταίη.

XVIII 39—46 damnarunt Zenod. Ar., om. teste Callistrato editio Argol.

XVIII 39—46: Ἔνθ' ἄρ' ἔην Γλαύκη τε Θάλειά τε Κυμοδόκη τε,
Νησαίη Σπειώ τε Θόη θ' Ἁλίη τε βοῶπις,
Κυμοθόη τε καὶ Ἀκταίη καὶ Λιμνώρεια
Καὶ Μελίτη καὶ Ἴαιρα καὶ Ἀμφιθόη καὶ Ἀγαυὴ
Δωτώ τε Πρωτώ τε Φέρουσά τε Δυναμένη τε,
Δεξαμένη τε καὶ Ἀμφινόμη καὶ Καλλιάνειρα,
Δωρὶς καὶ Πανόπη καὶ ἀγακλειτὴ Γαλάτεια,
Νημερτής τε καὶ Ἀψευδὴς καὶ Καλλιάνασσα.
47—49: Ἔνθα δ' ἔην Κλυμένη Ἰάνειρά τε καὶ Ἰάνασσα,
Μαῖρα καὶ Ὠρείθυια ἐυπλόκαμός τ' Ἀμάθυια
Ἄλλαί θ', αἳ κατὰ βένθος ἁλὸς Νηρηίδες ἦσαν.

Hae sunt enumerationes, quarum verbum semper fere in numero plurali est, ut p. 12 demonstravi; inde, quod tamen poeta singularem posuit, concludi potest Homero singularem verbi numerum magis gratum visum esse.

XVIII 516: Ἦρχε δ' ἄρά σφιν Ἄρης καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

XIX 258—259:
Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα, θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,
Γῆ τε καὶ Ἠέλιος καὶ Ἐρινύες.

XX 174: Ὣς Ἀχιλῆ' ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸς ἀγήνωρ.

XXIV 27—28: Ὣς σφιν πρῶτον ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρὴ
Καὶ Πρίαμος καὶ λαός, Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης.
132: Ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Sed pluralis in his:

V 703—704: Τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξαν
Ἕκτωρ τε Πριάμοιο πάις καὶ χάλκεος Ἄρης [1]);

XII 34—35: Ὣς ἄρ' ἔμελλον ὄπισθε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων
Θησέμεναι.

---

1) sic. Ar; ἐξενάριξεν: al.

XIV 389–390:
Δή ῥα τότ' αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ.
Summa: sing.: 39, plur.: 3.

s + s + v.

II 616–617: *Ὅσσον ἐφ' Ὑρμίνη καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα*
Πέτρη τ' Ὠλενίη καὶ Ἀλίσιον ἐντὸς ἐέργει.
III 101: *Ἡμέων δ' ὁπποτέρῳ θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται.*
τετύκτω: S.
IV 82–83: *Ἦ ῥ' αὖτις πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ*
Ἔσσεται.
450: *Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν.*
VI 328–329: *Σέο δ' εἵνεκ' ἀυτή τε πτόλεμός τε*
Ἄστυ τόδ' ἀμφιδέδηε.
ἀμφιδέδηαι: al.
VIII 64: *Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν.*
Quamquam *ἅμα* prope est, singularis adhibitus est.
XI 807–808: *Ἵνά σφ' ἀγορή τε θέμις τε*
Ἤην.
XII 35–36: . . *Τότε δ' ἀμφὶ μάχη ἐνοπή τε δεδήει*
Τεῖχος ἐύδμητον.
361: *Εἰ δὲ καὶ ἐνθάδε περ πόλεμος καὶ νεῖκος ὄρωρεν.*
XIII 784: *Ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει.*
XV 273–274: *Τὸν μέν τ' ἠλίβατος πέτρη καὶ δάσκιος ὕλη*
Εἰρύσατ' . .
XVII 478: *Νῦν αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει.* cf. 672.
556–557: *Σοὶ μὲν δή, Μενέλαε, κατηφείη καὶ ὄνειδος*
Ἔσσεται.
XXI 513: *Ἐξ ἧς ἀθανάτοισιν ἔρις καὶ νεῖκε' ἐφῆπται.*
νεῖκος: al.
XXII 234: *Οὓς Ἑκάβη ἠδὲ Πρίαμος τέκε παῖδας.*
346: *Αἲ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη.*
ἀνήῃ: A al.
XXII 436: . . *Νῦν αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει.* cf. supra.

XXIV 198: *Αἰνῶς γάρ μ' αὐτόν γε μένος καὶ θυμὸς ἄνωγε.* *ἀνώγει:* al.

Pluralis numerus:

II 856: *Αὐτὰρ Ἀλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον.*
III 314—315: *Ἕκτωρ δὲ Πριάμοιο πάις καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς*
Χῶρον μὲν πρῶτον διεμέτρεον.
V 447—448: *Ἤτοι τὸν Λητώ τε καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα*
Ἐν μεγάλῳ ἀδύτῳ ἀκέοντό τε κύδαινόν τε.
519—520: *Τοὺς δ' Αἴαντε δύω καὶ Ὀδυσσεὺς καὶ Διομήδης*
Ὤτρυνον Δαναοὺς πολεμιζέμεν.
IX 561—562: *Τὴν δὲ τότ' ἐν μεγάροισι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ*
Ἀλκυόνην καλέεσκον ἐπώνυμον.
X 536—537:
Αἲ γὰρ δὴ Ὀδυσεύς τε καὶ ὁ κρατερὸς Διομήδης
Ὧδ' ἄφαρ ἐκ Τρώων ἐλασαίατο μώνυχας ἵππους.
XVIII 405: *Ἀλλὰ Θέτις τε καὶ Εὐρυνόμη ἴσαν.*
XXII 359—360:
Ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
Ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν.

Sing.: 18, plur.: 8.

v + s + pl.

De III 54 vide p. 55.

VII 386: *Ἠνώγει Πρίαμός τε καὶ ἄλλοι Τρῶες ἀγανοί.*
XI 387: *Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃσι βιὸς καὶ ταρφέες ἰοί.*
XIII 14: *Φαίνετο δὲ Πριάμοιο πόλις καὶ νῆες Ἀχαιῶν.*

Sing.: 3 + 1, plur.: —.

pl + s + v.

Non singularis, semel pluralis invenitur:

XX 146—147: *Τό ῥά οἱ Τρῶες καὶ Παλλὰς Ἀθήνη*
Ποίεον.

Pro: —, contra: 1.

Omnino singularis sexagies semel positus est, duodecies pluralis. Accedunt ea exempla, in quibus verbum

in numero duali positum est; sunt tredecim: I 6—7; II 620; 864; 870; VI 119—120; VII 58—59; VIII 444—445, X 363—364; XII 400; XIII 781—782; XVI 765; XX 115; XXIV 710—711.

Plerumque duales numeros invenimus hac in collocatione: s + s + v: undecies, exceptis duobus locis I 6—7 et XX 115: v + s + s.

Etiamsi locos in numero duali positos adnumeramus ad pluralia, tamen multo saepius singularis adhibitus est: sing.: 61, plur.: 12 (+ 13 dual) = 25.

Homeri Odyssea (Ludwich).

v + s + s.

IV 185: *Κλαῖε δὲ Τηλέμαχός τε καὶ Ἀτρεΐδης Μενέλαος.*

458: *Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.*

V 184—185: *Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε*
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ.

VI 197: *Τοῦ δ' ἐκ Φαιήκων ἔχεται κάρτός τε βίη τε.*

VIII 111—114:
Ὦρτο μὲν Ἀκρόνεώς τε καὶ Ὠκύαλος καὶ Ἐλατρεὺς
Ναυτεύς τε Πρυμνεύς τε καὶ Ἀγχίαλος καὶ Ἐρετμεὺς
Ποντεύς τε Πρωρεύς τε, Θόων Ἀναβησίνεώς τε
Ἀμφίαλός θ', υἱὸς Πολυνήου Τεκτονίδαο.

Propter catalogi formam pluralem expectabamus.

XI 192: *Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος τεθαλυῖά τ' ὀπώρη.*

XIV 158—159: *Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ξενίη τε τράπεζα*
Ἱστίη τ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος.

XV 245—246:
Ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
Παντοίην φιλότητ'.

XV 385: *Ἧι ἔνι ναιετάασκε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.*
ναιετάεσκε: al.

XV 345: *Ὅντιν' ἵκηται ἄλη καὶ πῆμα καὶ ἄλγος.*

XVII 155—156: Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ξενίη τε τράπεζα
Ἱστίη τ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος.
207: Τὴν ποίησ' Ἴθακος καὶ Νήριτος ἠδὲ Πολύκτωρ.
XVIII 61: Εἴ σ' ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ.
XX 230—231: Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ξενίη τε τράπεζα
Ἱστίη τ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος.
393—394: Οἷον δὴ τάχ' ἔμελλε θεὰ καὶ καρτερὸς ἀνὴρ
Θησέμεναι.
XXI 284: Ἦ ἤδη μοι ὄλεσσεν ἄλη τ' ἀκομιστίη τε.
XXII 241—243:
Μνηστῆρας δ' ὤτρυνε Δαμαστορίδης Ἀγέλαος
Εὐρύνομός τε καὶ Ἀμφιμέδων Δημοπτόλεμός τε
Πείσανδρός τε Πολυκτορίδης Πόλυβός τε δαΐφρων.
XXIV 439: Ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε Μέδων καὶ θεῖος ἀοιδός.
Sing.: 18; plural.: —.

s + s + v.

IV 548—549: Αὐτὰρ ἐμοὶ κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
Αὖτις ἐνὶ στήθεσσι καὶ ἀχνυμένῳ περ ἰάνθη.
V 111: Τὸν δ' ἄρα δεῦρ' ἄνεμός τε φέρων καὶ κῦμα πέλασσε.
cf. 134.
VIII 204: Τῶν δ' ἄλλων ὅτινα κραδίη θυμός τε κελεύει.
ὅν τινα: plerique libri; εἴ τινα: unus.
Sed metri causa scribere debemus ὅτινα cf. XV 395.
VIII 317: Ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει.
X 45: Ὁσσός τις χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἀσκῷ ἔνεστιν.
XI 10: Τὴν δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνε.
XIV 402—403: Οὕτω γάρ κέν μοι ἐυκλεΐη τ' ἀρετή τε
Εἴη ἐπ' ἀνθρώπους.
517: Ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει.
Forsitan hic locus ex XV 339 interpolatus sit.
XV 329: Τῶν ὕβρίς τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει.
339 = XIV 517.
395: Τῶν δ' ἄλλων ὅτινα κραδίη καὶ θυμὸς ἀνώγει.

XVI 81 = XV 339.
XVII 565 = XV 329.
XIX 471: *Τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα.*

Propter *ἅμα* pluralem exspectamus, nihilo setius singularem invenimus.

XX 267: *Ἵνα μή τις ἔρις καὶ νεῖκος ὄρηται.*
XXI 342: *Ὅππῃ μιν κραδίη θυμός τε κελεύει.*

Sed pluralis in his:

XI 23: *Ἔνθ' ἱερήια μὲν Περιμήδης Εὐρύλοχός τε*
Ἔσχον.

XXIII 289:
Τόφρα δ' ἄρ' Εὐρυνόμη τε ἰδὲ τροφὸς ἔντυνον εὐνήν.

Sing.: 18, plur.: 2.

v + s + pl.

XIII 40–41:
Ἤδη γὰρ τετέλεσται, ἅ μοι φίλος ἤθελε θυμός,
Πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, de quo exemplo vide infra.

XIV 462: *Κέκλυθι νῦν, Εὔμαιε καὶ ἄλλοι πάντες ἑταῖροι.*

P. 14 dixi imperativum in plurali numero esse solere; eo maior est vis exemplorum, in quibus singularis usurpatus est.

XV 307 = XIV 462.
XVI 252–253:
Καί σφιν ἅμ' ἐστὶ Μέδων κῆρυξ καὶ θεῖος ἀοιδὸς
Καὶ δοιὼ θεράποντε, δαήμονε δαιτροσυνάων.

XXI 21: *Πρὸ γὰρ ἧκε πατὴρ ἄλλοι τε γέροντες.*
XXII 246: *Τοὺς δ' ἤδη ἐδάμασσε βιὸς καὶ ταρφέες ἰοί.*

Sing.: 6, plur.: —.

pl + s + v.

XI 202–203:
Ἀλλά με σός τε πόθος σά τε μήδεα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα.

Summarium: sing.: 43, plur.: 2 + 8 dual.

In numero duali sunt positi: a) s + s + v: III 343—344; VII 230—231; XV 301—302; b) v + s + v: III 439; XIV 470; XVI 333; XIX 31; XXII 140—141.

Mirandum est, quod uno loco [1]) verbi numerus contra legem est.

Aeschylus (Weil).

v + s + s.

Pers. 923—926: Οἶος ἦν Φαρανδάκης,
Σούσας, Πελάγων καὶ Δατάμας,
Ψαμμισκάνης τ' ἠδ' Ἀγβάτας
Ἀγαβάτανα λιπών.

Ag. 293: Νικᾷ δ' ὁ πρῶτος καὶ τελευταῖος δραμών.

479—480: Χαῖρε δ' ἡλίου φάος ὕπατός τε χώρας Ζεὺς
Ὁ Πύθιός τ' ἄναξ.

1383—1385: Κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος,
Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ,
Ἡ τ' αἰχμάλωτος ἥδε καὶ τερασκόπος,
Ἡ κοινόλεκτρος τοῦδε θεσφατηλόγος.

ἡ κοινόλεκτρος: Karsten; καὶ κοινόλεκτρος: libri.

Coeph. 211: Πάρεστι δ' ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά.

Eum. 15—16: Μολόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεώς,
Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ.

---

1) Od. XIV 216—217:
Ἦ μὲν δὴ θάρσός μοι Ἄρης τ' ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη
Καὶ ῥηξηνορίην.

Nos exspectamus singularem propter collocationem verborum; nam, ut supra demonstravi, verbum, si exstat medium inter subiecta in numero singulari posita, in eodem numero esse necesse est. De τε — καὶ vide supra. Duae causae, ut mihi videtur, afferri possunt, cur Homerus posuerit pluralem: 1) quod gravissimum, metri causa: ἔδωκε [⏑ — ⏑] non respondebat rei metricae: nam versus illo loco postulat τρίβραχυν 2) argumenti causa: effectus exprimitur plurali numero (vide supra): et Ares et Minerva sunt numina belli.

Eum. 616—617: *Ἔστι τοῦδ' ἄκος*
Καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος.
659—660: *Ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος*
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.
981—983: *Ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς*
Θησῇδος ἐξίκοιτ' ἂν εὐκλεὴς λόχος
Παίδων, γυναικῶν, καὶ στόλος πρεσβυτίδων.

s + s + v.

Suppl. 134—136: *Πλάτα μὲν οὖν λινορραφής*
τε δόμος ἅλα στέγων δορὸς
Ἀχείμαντόν μ' ἔπεμπε σὺν πνοαῖς.
1006—1007: *Ὧν πολὺς πόνος,*
Πολὺς δὲ πόντος εἵνεκ' ἠρόθη δορί.
Pers. 122—124: *Πᾶς γὰρ ἱππηλάτας καὶ πεδοστιβὴς λεὼς*
Σμῆνος ὡς ἐκλέλοιπεν μελισ-
σᾶν.
309—311: *Καὶ Μᾶγος Ἄραβος, Ἀρτάμης τε Βάκτριος,*
Ἵππου μελαίνης ἡγεμὼν τρισμυρίας,
Σκληρᾶς μέτοικος γῆς ἐκεῖ κατέφθιτο.
312—317: *Ἄμηστρις Ἀμφιστρεύς τε πολύπονον δόρυ*
Νωμῶν, ὅ τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος Σάρδεσιν
Πένθος παρασχὼν, Σεισάμης θ' ὁ Μύσιος,
Θάρυβίς τε πεντήκοντα πεντάκις νεῶν
Ταγός, γένος Λυρναῖος, εὐειδὴς ἀνὴρ
Κεῖται θανὼν δείλαιος οὐ μάλ' εὐτυχῶς.
Sept. 1053—1054: *Ὥσπερ τε πόλις*
Καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ.
Prom. 115: *Τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;*
209—211: *Ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ μόνον, Θέμις*
Καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία,
Τὸ μέλλον ᾗ κραίνοιτο προὐτεθεσπίκει.

Prom. 1015–1016: *Οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία*
Ἔπεισ' ἄφυκτος.

Coeph. 240–241: *Μόνον Κράτος τε καὶ Δίκη σὺν τῷ τρίτῳ*
Πάντων μεγίστῳ Ζηνὶ συγγένοιτό σοι.

857–859: *Ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ*
Δαίων ἀρχάς τε πολισσονόμους
Πατέρων θ' ἕξει μέγαν ὄλβον.

Eum. 660–662: *Ἐν δὲ τῷ σέβας*
Ἀστῶν φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ ἀδικεῖν
Σχήσει.

742–744: *Καὶ σὺ καὶ πολισσοῦχος λεὼς*
Πάλαισμ' ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις ἔχοις
Σωτήριόν τε καὶ δορὸς νικηφόρον.

887–888: *Τὰν καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς Ἄρης τε*
Φρούριον θεῶν νέμει.

999–1000: *Ζεὺς ὁ πονόπτας*
Οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβα.

libri: *ζεὺς πανόπτας;* Musgrave et Hermann: *Ζεὺς ὁ πανόπτας.*

v + s + pl.

Suppl. 938–939: *Ἐν χρόνῳ μαθὼν*
Εἴσει σὺ τ' αὐτὸς χοἱ ξυνέμποροι σέθεν.

951: *Εἴη δὲ νίκη καὶ κράτη τοῖς ἄρσεσιν.*

M: *κράτη;* Weil: *κράτος.*

Sept. 287–289: *Εὐτρεφέστατον πωμάτων*
Ὅσων ἵησιν Ποσειδὰν ὁ γαιάοχος
Τηθύος τε παῖδες.

Suppl. 1042–1043: *Δέδοται δ' Ἁρμονίᾳ μοῖρ' Ἀφροδίτας*
Ψεδυραὶ τρίβοι τ' ἐρώτων.

Eum. 600: *Ἀλλ' ὡς ἀκούσει Παλλὰς οἵ τ' ἐφήμενοι.*

pl + s + v.

Ag. 411–413: *Ἀντὶ δὲ φωτῶν*
Τεύχη καὶ σποδὸς εἰς ἑκά-
στου δόμους ἀφικνεῖται.

Accedit unus locus, ubi substantivum neutrius generis in numero plurali positum verbo succedit:

Suppl. 936–937: *Ἀλλὰ πολλὰ γίγνεται πάρος*
Πεσήματ᾿ ἀνδρῶν κἀπολακτισμοὶ βίων.

Sunt: sing.: 30; plur.: —; semel dualis numerus invenitur: Coeph. 751 [1]).

Sophocles (Dindorf).

v + s + s.

Ai. 186–187: *Ἀλλ᾿ ἀπερύκοι*
Καὶ Ζεὺς κακὰν καὶ Φοῖβος Ἀργείων φάτιν.

El. 249–250: *Ἔρροι τ᾿ ἂν αἰδὼς*
Ἁπάντων τ᾿ εὐσέβεια θνατῶν.

Oed. Rex 401–402:
Κλάων δοκεῖς μοι καὶ σὺ χὠ συνθεὶς τάδε
Ἁγηλατήσειν.

1317–1318: *Οἷον εἰσέδυ μ᾿ ἅμα*
Κέντρων τε τῶνδ᾿ οἴστρημα καὶ μνήμη κακῶν.

---

1) Nunc de dubiis locis:
Ag. 1604: *Στεῖχε καὶ σὺ χοἰ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους.*
Weil ad hunc locum: »Initium versus egregie restituit Franzius, cuius emendationem confirmat vox *πεπρωμένους*, qua Clytaemnestra significat, fato Aegistho regiam, non minus quam senibus suam quamque domum, attributam esse«. codd.: *στείχετε δ᾿ οἱ γέροντες*; Wilam.: *στείχετ᾿ αἰδοῖοι γέροντες*; cf. Ahrens; Enger: *στείχεθ᾿ ὑμεῖς δ᾿ οἱ.*
Eum. 479–480: *Εἰ κρατήσει δίκα τε καὶ βλάβα*
Τοῦδε ματροκτόνου.
sic O. Müller et Franz; libri: *δίκα καὶ βλάβα.* Weil scripsit »*δίκαισιν ἁ βλάβα*« W »librarii error ortus ex litterarum *IC* et *K* notissima illa permutatione: *ΔΙΚΑΙCΙΑ ΔΙΚΑΚΑΙ*«.

Oed. Col. 488: *Αἰτοῦ σύ τ' αὐτὸς κεἴτις ἄλλος ἀντὶ σοῦ.*
1766—1767: *Ταῦτ' οὖν ἔκλυεν δαίμων ἡμῶν*
Χὠ πάντ' αἰών Διὸς Ὅρκος.

Ant. 573: *Ἄγαν γε λυπεῖς καὶ σὺ καὶ τὸ σὸν λέχος.*
601—603: *Κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν*
Νερτέρων ἀμᾷ κοπίς,
Λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν ἐρινύς.

κοπίς Iortinus, *κόνις* L.

Phil. 877—878: *Καὶ νῦν ἐπειδὴ τοῦδε τοῦ κακοῦ δοκεῖ*
Λήθη τις εἶναι κἀνάπαυλα δή, τέκνον.

s + s + v.

El. 1156—1157: *Ἀλλὰ ταῦθ' ὁ δυστυχὴς*
Δαίμων ὁ σός τε κἀμὸς ἐξαφείλετο.

Oed. Rex 1278—1279: *Ἀλλ' ὁμοῦ μέλας*
Ὄμβρος χάλαζα θ' αἱματοῦσσ' ἐτέγγετο[1]),

quamquam *ὁμοῦ* prope est.

Phil. 646: *Ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει.*
925—926: *Τῶν γὰρ ἐν τέλει κλύειν*
Τό τ' ἔνδικόν με καὶ τὸ συμφέρον ποιεῖ.
1450—1451: *Καιρὸς καὶ πλοῦς*
Ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμναν.

Exceptio est una:

Phil. 570—571: *Κεῖνός γ' ἐπ' ἄλλον ἄνδρ' ὁ Τυδέως τε παῖς*
Ἔστελλον.

---

1) *χάλαζα θ' αἱματοῦσσ:* Porsonus pro *χαλάζης αἵματος* (Hermann: *αἱμάτων*) Dind.: »Verissime Porsonus *χάλαζα θ' αἱματοῦσσ'* pro *χαλάζης αἵματος,* quod ceteris correctoris errore illatum, quum *AIMATOCC*, quod Sophocles scripserat (id est *αἱματοῦσσ*) pro *αἵματος* acceptum esset. Male Heathius *χαλάζης αἱματοῦς,* quae forma nominativi masculini et neutrius *ους* et *ουν* ex *οεις* et *οεν* contracta, etsi interdum usurpata, tamen vitata potius quam quaesita a poetis est: ut non sit verisimile Sophoclem *ὄμβρος χαλάζης αἱματοῦς* scripsisse, quum posset *ὄμβρος χάλαζά θ' αἱματουσσ.*« Schneidew.: *χαλάζης αἱμάτων.*

v + s + pl.

Ai. 459: Ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα καὶ πεδία τάδε.
648–649: ... Ἀλλ' ἁλίσκεται
Χὼ δεινὸς ὅρκος χαὶ περισκελεῖς φρένες.
Phil. 1200–1201:
Ἐρρέτω Ἴλιον, οἵ θ' ὑπ' ἐκείνῳ
Πάντες ὅσοι τόδ' ἔτλασαν ἐμοῦ ποδὸς ἄρθρον ἀπῶσαι.
1453–1455:
Χαῖρ', ὦ μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοί,
Νύμφαι τ' ἔνυδροι λειμωνιάδες,
Καὶ κτύπος ἄρσην πόντου προβολῆς.

pl + s + v.

Ant. 828–830: ... Καί νιν ὄμβροι τακομέναν,
Ὡς φάτις ἀνδρῶν,
Χιών τ' οὐδαμὰ λείπει.
ὄμβροι Musgravius pro ὄμβρῳ.
Ant. 1131–1133: Καί σε Νυσαίων ὀρέων
Κισσήρεις ὄχθαι χλωρά τ' ἀκτὰ
Πολυστάφυλος πέμπει.

Accedunt duo loci, de quibus alio loco accuratius dicam (p. 55 sqq.): a) El. 622–623: s + pl + pl + v; b) Trach. 521–522: v + pl + s.

Omnino vicies bis singularis, semel pluralis numerus positus est. Dualis est in El. 1386–1388 [1]).

1) De rebus incertis:
1) Electr. 97–99: Μήτηρ δ' ἡμὴ χὼ κοινολεχὴς
Αἴγισθος ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι
Σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.
Quaeritur, utrum σχίζουσι cum μήτηρ . . . Αἴγισθος coniungendum sit an cum ὑλοτόμοι; sed enim certum est propter illud ὑλοτόμοι Sophoclem σχίζουσι praetulisse.
2) Trach. 129–130: Ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ
Πᾶσι κυκλοῦσιν, οἷον ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι.
Dind.: »πήματι καὶ χαρᾷ, quod codex a m. pr. habet, legit et inter-

Euripides (Nauck).

Inspexi Alc., Med., Hippol., Her., Or., Bacch., Iph. Aul.

v + s + s.

Med. 982—983: *Πείσει χάρις ἀμβρόσιός*
Τ' αὐγὰ πέπλον.
Hipp. 187—188: *Τῷ δὲ συνάπτει*
Λύπη τε φρενῶν χερσίν τε πόνος.
Her. 523: *Ὦ χαῖρε, μέλαθρον πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς.*
655: *Εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις καὶ σοφία κατ' ἄνδρας.*
Orest. 951—952: *Ἔρχεται δέ σοι*
Πικρὸν θέαμα καὶ πρόσοψις ἀθλία.
Iph. Aul. 156—158: *Λευκαίνει*
Τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠὼς
Πῦρ τε τεθρίππων τῶν Ἀελίου.

s + s + v.

Med. 260: *Ἤν μοι πόρος τις μηχανή τ' ἐξευρεθῇ.*
Her. 511—512: *Ὁ δ' ὄλβος ὁ μέγας ἥ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ*
Βέβαιός ἐστι.
774—775:
Ὁ χρυσὸς ἅ τ' εὐτυχία
Φρενῶν βροτοὺς ἐξάγεται, δύνασιν ἄδικον ἐφέλκων.

---

pretatus est scholiasta, homo metrorum imperitus, cui fraudem fecit tmesis verbi *ἐπικυκλοῦσιν,* quod, quum passivum *ἐπικυκλοῦνται* metro non conveniret, intransitive dixit Sophocles, quod iam unus ex scholiastis animadvertit, qui annotavit *ἀντὶ τοῦ κυκλοῦνται τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἢ τὸ κυκλοῦσιν ἐπὶ τῶν θεῶν.* Non animadverterat alius, qui has excogitavit ineptias *ἐπὶ χαρᾷ δὲ καὶ πήματι πᾶσι κυκλοῦσιν οἱ θεοί, πῆμα δὲ ἀντὶ τοῦ πήματι κατ' ἀποκοπήν.* Qui *πῆμα καὶ χαρᾷ* legerat. Rursus alius, qui *πήματι καὶ χαρᾷ* legerat, *ποτὲ μὲν ἐπὶ πήματι, ποτὲ δὲ ἐπὶ χαρᾷ.*« Schneidew. coniungit *ἀλλὰ οἷον κυκλοῦσιν στροφάδες κέλευθοι ἄρκτου ἐπὶ πᾶσιν πῆμα καὶ χαρὰν. χαράν:* Hermann. *χαρᾶι* vel *χαρά* codd.; si scribitur *πῆμα καὶ χαρὰ κυκλοῦσιν,* pluralis non admirationem habet: propter sensum ipsum adhibitus est.

Orest. 807–810: Ὁ μέγας ὄλβος ἅ τ' ἀρετὰ
Μέγα φρονοῦσ' ἀν' Ἑλλάδα καὶ
Παρὰ Σιμουντίοις ὀχετοῖς
Πάλιν ἀνῆλθ' ἐξ εὐτυχίας Ἀτρείδαις.

Bacch. 1130–1131: Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς
ἐπεῖχε Βακχῶν.

v + s + pl.

Her. 368–372: Ξύνοιδε Πηνειὸς ὁ καλλιδίνας
Μακραί τ' ἄρουραι πεδίων ἄκαρποι
Καὶ Πηλιάδες θεράπναι
Σύγχορτοί θ' Ὁμόλας ἔναυλοι.

492: Θνήσκει πατὴρ σὸς καὶ τέκν' . .

Bacch. 726–727: Πᾶν δὲ συνεβάκχευ' ὄρος
Καὶ θῆρες.

συνεβάκχευ': Porson; codd.: συνεβάκχευεν; LP συνεβάκχευσ'.

pl + s + v.

Iph. Aul. 53–54: Δειναὶ δ' ἀπειλαὶ καὶ κατ' ἀλλήλων φόνος
Ξυνίσταθ', ὅστις. φθόνος: Markland.

Sing.: 15; plur.: —.

Herondas (Crusius).

s + s + v.

II 95: Νῦν δείξεθ' ἡ Κῶς κὼ Μέροψ κόσον δραίνει.
IV 6: Πανάκη τε κήπιώ τε κἰησὼ χαίροι.

Semel est pluralis:

IV 9: Ποδαλείριός τε καὶ Μαχάων χαιρόντων.

Singularis metro non conveniebat, quia syllaba brevis orta esset, ubi longa esse debet.

Xenophon (Sauppe).

v + s + s.

An. I 2, 3: ἦν δὲ καὶ οὗτος καὶ ὁ Σωκράτης.

3, 1: ἐνταῦθ' ἔμεινε Κῦρος καὶ ἡ στρατιά.

10, 1: ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ χεὶρ ἡ δεξιά.

II 1, 3: ἦλθε Προκλῆς, ὁ Τευθρανίας ἄρχων, . . . καὶ Γλοῦς ὁ Ταμώ.

3, 14: ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς καὶ οἶνος φοινίκων καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν.

3, 17: ἧκε Τισσαφέρνης καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς καὶ ἄλλοι Πέρσαι τρεῖς.

4, 8: ἧκε Τισσαφέρνης . . . καὶ Ὀρόντας.

4, 16: ἔπεμψέ με Ἀριαῖος καὶ Ἀρτάοζος.

III 1, 21: λελύσθαι μοι δοκεῖ καὶ ἡ ἐκείνων ὕβρις καὶ ἡ ἡμετέρα ὑποψία.

IV 1, 18: ἀποθνῄσκει ἀνὴρ ἀγαθὸς Λακωνικὸς Κλεώνυμος τοξευθεὶς διὰ τῆς ἀσπίδος καὶ τῆς σπολάδος εἰς τὰς πλευρὰς καὶ Βασίας Ἀρκὰς διαμπερὲς τὴν κεφαλήν.

1, 27: ὑφίσταται τῶν μὲν ὁπλιτῶν Ἀριστώνυμος Μεθυδριεὺς Ἀρκὰς καὶ Ἀγασίας Στυμφάλιος Ἀρκάς.

7, 12: ἐν δὲ τούτῳ παραθεῖ αὐτοὺς Ἀριστώνυμος Μεθυδριεὺς καὶ μετὰ τοῦτον Εὐρύλοχος Λουσιεύς.

V 6, 29: ὅτι ἐν τοῖς ἱεροῖς φαίνοιτό τις δόλος καὶ ἐπιβουλὴ ἐμοί.

VI 2, 9: προειστήκει δὲ μάλιστα αὐτῶν Καλλίμαχός τε ὁ Παρράσιος καὶ Λύκων ὁ Ἀχαιός.

4, 10: συνῆγε δὲ μάλιστα Ἀγασίας τε Στυμφάλιος λοχαγὸς καὶ Ἱερώνυμος Ἠλεῖος λοχαγός.

VII 2, 29: πάρειμι καὶ ἐγὼ καὶ οὗτος Φρυνίσκος.

4, 3: ἦν δὲ χιὼν πολλὴ καὶ ψῦχος οὕτως.

6, 1: ἀφικνεῖται Χαρμῖνός τε ὁ Λάκων καὶ Πολύνικος παρὰ Θίβρωνος, καὶ λέγουσιν.

Sic, quamquam, λέγουσιν prope est.

VII 6, 39: ἐρωτῶντος ἐμοῦ καὶ Πολυνίκου.

8, 6: ἀφικνεῖται Βίων καὶ Ναυσικλείδης.

Hellen. II 4, 33: ἐνταῦθα δὲ ἀποθνήσκει Χαίρων τε καὶ Θίβραχος, ἄμφω πολεμάρχω.

IV 8, 7: ἔπλευσεν ὁ Φαρνάβαζός τε καὶ ὁ Κόνων . . .

VI 3, 2: ἦν δὲ τῶν αἱρεθέντων Καλλίας Ἱππονίκου, Αὐτοκλῆς Στρομβιχίδου, Δημόστρατος Ἀριστοφῶντος, Ἀριστοκλῆς, Κηφισόδοτος, Μελάνωπος, Λύκαιθος.

4, 14: ἐπεὶ μέντοι ἀπέθανε Δείνων τε ὁ πολέμαρχος καὶ Σφοδρίας τῶν περὶ δαμοσίαν καὶ Κλεώνυμος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

Cyr. VI 2, 13: ὁπόσων ἀθυμούντων ἐδόκει βλάβη τις γίγνεσθαι καὶ προθυμουμένων ὠφέλεια.

VII 3, 11: παρῆν δὲ ὁ Γωβρύας καὶ ὁ Γαδάτας πολὺν καὶ καλὸν κόσμον φέροντες.

Bis pluralis positus est:

An. I 4, 8: Ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων.

Hellen. I 7, 31: τῶν δὲ καταλειφθέντων ταξιάρχων ἦσαν καὶ Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης.

s + s + v.

Anab. I 2, 3: Σοφαίνετος δὲ ὁ Στυμφάλιος ὁπλίτας ἔχων χιλίους, Σωκράτης δὲ ὁ Ἀχαιὸς ὁπλίτας ἔχων ὡς πεντακοσίους, Πασίων δὲ ὁ Μεγαρεὺς τριακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστὰς ἔχων παρεγένετο.

7, 16: ταύτην δὴ τὴν πάροδον Κῦρός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρῆλθε.

II 2, 19: καὶ θόρυβος καὶ δοῦπος ἦν.

III 5, 11: ἡ ὕλη καὶ ἡ γῆ σχήσει.

IV 8, 28: ἔνθα πολλὴ κραυγὴ καὶ γέλως καὶ παρακέλευσις ἐγίγνετο.

Cyr. VII 5, 38: μηχανή τε πολλὴ καὶ μάχη ἦν.

Pluralis non nisi in verbo dicendi:

Anab. V 6, 19: *Τιμασίων δὲ ὁ Δαρδανεὺς καὶ Θώραξ ὁ Βοιώτιος πρὸς ἐμπόρους τινὰς παρόντας . . . λέγουσιν.*

VII 1, 40: *προσελθὼν δὲ Τιμασίων ὁ Δαρδανεὺς καὶ Νέων ὁ Ἀσιναῖος καὶ Κλεάνωρ ὁ Ὀρχομένιος ἔλεγον.*

Hellen. III 2, 20: *ὁ δὲ Τισσαφέρνης καὶ Φαρνάβαζος εἶπον.*

v + s + pl.

An. II 4, 27: *ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς καὶ πρόβατα καὶ ἄλλα χρήματα.*

V 2, 27: *καὶ κατεκαύθη πᾶσα ἡ πόλις καὶ αἱ οἰκίαι καὶ αἱ τύρσεις καὶ τὰ σταυρώματα καὶ τἄλλα πάντα πλὴν τῆς ἄκρας.*

VI 1, 16: *ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς καὶ Ἀναξίβιος ὁ ναύαρχος καὶ οἱ ἄλλοι.*

Hellen. I 3, 15: *ἐν δὲ τῷ Βυζαντίῳ ἦν Κλέαρχος Λακεδαιμόνιος ἁρμοστὴς καὶ σὺν αὐτῷ τῶν περιοίκων τινὲς καὶ τῶν νεοδαμωδῶν οὐ πολλοὶ καὶ Μεγαρεῖς καὶ ἄρχων αὐτῶν Ἕλιξος Μεγαρεὺς καὶ Βοιωτοὶ καὶ τούτων ἄρχων Κοιρατάδας.*

V 1, 12: *ὧν ἦν Γοργώπας τε καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι.*

Cyr. III 3, 48: *Ἐν τούτῳ δὲ ἧκε Χρυσάντας τε ὁ Πέρσης καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ὁμοτίμων αὐτομόλους ἄγοντες.*

VII 2, 22: *ἀσφαλῶς σὺν τῷ θεῷ ἀπῆλθον καὶ αὐτὸς καὶ οἱ σὺν ἐμοί.* Addas quaeso *ἐγὼ* ad *ἀπῆλθον.*

VII 5, 55: *ἐπὶ τούτῳ ἐγέλασε μὲν ὁ Κῦρος καὶ ἄλλοι πολλοί.*

pl + s + v.

Anab. III 2, 36: *ἵνα τὰ σκευοφόρα καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἐν ἀσφαλεστέρῳ ᾖ.*

IV 3, 26: *καὶ τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν Ἑλλήνων καὶ ὁ ὄχλος ἀκμὴν διέβαινε.*

Mem. III 1, 7: *ὥσπερ λίθοι τε καὶ πλίνθοι καὶ ξύλα καὶ κέραμος ἀτάκτως μὲν ἐρριμμένα οὐδὲν χρήσιμά ἐστιν.*

III 7, 9: *ἀλλὰ καὶ οἱ σοὶ φίλοι καὶ αὐτὸς σὺ οὐκ ἐλάχιστα ὠφελήσῃ.*

Huc referantur etiam exempla formae quae est v + pl n + s:

Anab. I 6, 1: *ἐντεῦθεν προϊόντων ἐφαίνετο ἴχνη ἵππων καὶ κόπρος.*

III 4, 17: *εὑρίσκετο δὲ καὶ νεῦρα πολλὰ ἐν ταῖς κώμαις καὶ μόλυβδος* [1]).

Sunt:

Sing.: Anab. 32; Hellen. 6; Cyr. 6; Mem. 2 = 46.
Plur.: „ 3; „ 2; „ —; „ — = 5.

Polybius (Büttner-Wobst).

v + s + s.

I 32: *ἦν μὲν οὖν καὶ κατὰ ταύτην τὴν παρὰ τοῦ Ξανθίππου διαδιδομένην φωνὴν ὁ θροῦς καὶ λαλιά τις εὔελπις.*

42: *ἦν ἰσχυρὰ διατροπὴ καὶ κατάπληξις.*

84: *πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ στρατηγικὴ δύναμις ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς.*

88: *μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἑκουσίως.*

II 14: *τὴν μὲν μίαν ὁρίζει πλευρὰν αὐτῆς, τὴν πρὸς τὰς ἀντολὰς κεκλιμένην, ὅ τ' Ἰόνιος πόρος καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος.*

29: *ἐκπληκτικὴ δ' ἦν καὶ τῶν γυμνῶν προεστώτων ἀνδρῶν ἥ τ' ἐπιφάνεια καὶ κίνησις.*

III 20: *οἷα γράφει Χαιρέας καὶ Σωσύλος.*

---

1) Anab. I 10, 1: *βασιλεὺς δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διώκων εἰσπίπτει.* Cobet delevit *καὶ οἱ σὺν*; postea *καὶ οἱ σὺν* additum esse mihi persuasum est.

105: τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπετείας καὶ κενοδοξίας στρατηγικὴ πρόνοια καὶ λογισμὸς ἑστὼς καὶ νουνεχής;

IV 87: εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος.

V 12: ὧν ἦν Ἄρατος καὶ Δημήτριος ὁ Φάριος.

37: ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς συμπεριφορὰν ἐγένετό τις αὐτοῖς ὁλοσχερὴς εὔνοια καὶ συνήθεια πρὸς ἀλλήλους.

V 48: καθόλου δὲ ποικίλη τις ἦν ἀκρισία περὶ τὰ στρατόπεδα καὶ κυδοιμός.

79: ἧς ἡγεῖτο Νίκαρχος καὶ Θεόδοτος.

Sed pluralis semel:

III 37: τὰς δὲ διαφορὰς ταύτας ὁρίζουσιν ὅ τε Τάναϊς ποταμὸς καὶ Νεῖλος καὶ τὸ καθ' Ἡρακλέους στήλας στόμα.

s + s + v.

I 31: δυσθυμία καὶ λιμὸς ἦν.

35: εἷς γὰρ ἄνθρωπος καὶ μία γνώμη τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ δοκοῦντ' εἶναι καθεῖλεν.

67: εὐθέως διαφορὰ καὶ στάσις ἐγεννᾶτο.

II 7: τοῖς δὲ διὰ τὴν αὑτῶν ἀβουλίαν ὄνειδος καὶ ἐπιτίμησις συνεξακολουθεῖ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν.

29: τὰ δὲ πάλιν ὁ κόσμος αὐτοὺς καὶ θόρυβος ἐξέπληττε τῆς τῶν Κελτῶν δυνάμεως.

37: παράδοξος αὔξησις καὶ συμφρόνησις ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς γέγονε.

IV 75: πλείστη δ' ἀποσκευὴ καὶ πλεῖστος ὄχλος ἠθροίσθη σωμάτων καὶ θρεμμάτων.

77: καὶ γὰρ ἀγχίνοια καὶ μνήμη καὶ χάρις ἐπῆν αὐτῷ διαφέρουσα.

Pluralis:

V 88: Ἱέρων γὰρ καὶ Γέλων οὐ μόνον ἔδωκαν.

v + s + pl.

III 89: *ἦν δὲ τὰ προτερήματα Ῥωμαίων ἀκατάτριπτα χορήγια καὶ χειρῶν πλῆθος.*
codd.: *χορηγία;* Sch: *χορήγια.*

Sing.: I—V 21; plur.: I—V 2.

Demosthenes (Baiter-Sauppe).

v + s + s.

Ὀλυνθ. A 27: *καὶ πρόσεσθ' ἡ ὕβρις καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη.*
περὶ τοῦ στεφάνου 18: *ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ τούτοις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔρις καὶ ταραχή.*
ibid. 38: *περὶ δὲ τοῦ ἀδυνάτου ἐπικρινέτω ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγὸς καὶ ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως καὶ ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς.*
ibid. 188: *Αὕτη τῶν περὶ Θήβας ἐγίγνετο πραγμάτων ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη.*

s + s v.

κατὰ Φιλίππου B 27: *οὕτως ἡ παραυτίχ' ἡδονὴ καὶ ῥᾳστώνη μεῖζον ἰσχύει τοῦ ποθ' ὕστερον συνοίσειν μέλλοντος.*
περὶ τοῦ στεφάνου 195: *τοσοῦτος κίνδυνος καὶ φόβος περιέστη τὴν πόλιν.*
ibid. 317: *ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις, ἄν τις ὀρθῶς σκοπῇ, ταῖς τῶν τότ' ἐπαινουμένων ἀνδρῶν ὁμοία καὶ ταὐτὰ βουλομένη φανήσεται.*

Semel pluralis:
περὶ τοῦ στεφάνου 116: *ἐπειδὴ Χαρίδημος ὁ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν . . . καὶ Διότιμος ὁ ἐπὶ τῶν ἱππέων ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων καθώπλισαν τοὺς νεανίσκους ἀσπίσιν ὀκτακοσίαις.*

Sing.: 7; plur.: 1.

Et haec quidem de Graecorum sermone, ex quibus collectaneis mihi apparere videtur omnibus temporibus singularem verbi numerum plurali antepositum esse.

Occasione data excursum facere mihi liceat

De neutrius generis substantivis in plurali positis[1]).

1) v + s + pl n vel pl n + s + v.

Hom. Od. XIII 40–41:

Ἤδη γὰρ τετέλεσται, ἅ μοι φίλος ἤθελε θυμός,
Πομπὴ καὶ φίλα δῶρα.

cf. Il. III 54; Od. XI 202–203; Xen. Anab. III 2, 36; IV 3, 16; V 3, 11; VII 4, 19; Mem. III 1, 7; Aesch. Suppl. 906; Ag. 411–413.

2) s + pl n + v.

Il. IV 270–271: *Τοῖσιν δ' αὖ θάνατος καὶ κήδε' ὀπίσσω*
Ἔσσετ'.

cf. Od. IV 694–695; XII 42–43; Soph. El. 622–623.

Semel pluralis:

Il. XXII 488–489: *Αἰεί τοι τούτῳ γε πόνος καὶ κήδε' ὀπίσσω*
Ἔσσοντ', ἄλλοι.

Metri causa plurali usus est Homerus: nam versus illo loco longam syllabam postulat.

3) v + pl n + s vel v + pl n + s n.

Od. V 297: *Καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ,*

cf. XXII 147; Xen. Anab. III 4, 17; Polyb. III 89; Soph. Trach. 521–522.

---

1) cf. Wilpert, 1904 p. VIII: »Bezeichnen Neutra im Plural Personen oder lebende Wesen, so gelten sie in der Regel als Sachnamen; deshalb ist ihre persönliche Bedeutung keineswegs so hervortretend, daß sich mit ihnen der Plural des Verbs verbinden müßte.«

Pluralis in Anab. I 4, 10: *ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Βελέσυος βασίλεια τοῦ Συρίας ἄρξαντος καὶ παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλός.*

4) pl n + pl + v.

Il. XII 22—23: *Ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι*
Κάππεσον ἐν κονίῃσι.

In schem. 4 verbum in numero plurali esse debere nemo neget. Singularis numerus ante≈ positus est in 1—3.

Caput III.

De Latinorum genere dicendi.

Nunc vero ad quaestionem praecipue nobis propositam accuratius accedamus et sermonem Latinum examinemus.

1. Plautus.

Inspeximus decem fabulas: Mil., Stich., Pseud., Bacch., Persa, Poen., Trin., Most., Men., Capt.

v + s + s.

Stich. 542: *Erant* minori illi adulescenti fidicina et tibicina.

s + s + v.

Bacch. 427: Et discipulus et magister *perhibebantur* improbi.

Dicat aliquis forte propter praedicati nomen »improbi« Plautum posuisse pluralem; sed ei per metrum licuit scribere ‚perhibebatur improbus'; quod quia non fecit, concludi potest poetam praeoptasse numerum pluralem.

Bacch. 1182—1183: Quadringentis Philippis filius me et [Chrysalus *circumduxerunt.*

Persa 57—58: Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos
Quasi mures semper *edere* alienum cibum.

Persa 555: Perfidia et peculatus ex urbe et avaritia si *exulant.*
A: *exsulant.*
Capt. 468: Ita venter gutturque *resident* esurialis ferias [1]).

pl + s + v.

Mil. 589—590: Nam illius oculi atque aures atque opinio
Transfugere ad nos.

Plural.: 7, sing.: —.

2. Ennius.

v + s + s.

Ann. 308—309: Atque aeuum *agitabant*
Flos delibatus populi suadaeque medulla [2]).

Semel singularis numerus usurpatus est:
Ann. 38: Vires vitaque corpus meum nunc *deserit* omne.

Sing.: 1, plur.: 1.

---

1) Ad hunc locum non pertinet Capt. 911: *Clades calamitasque, intemperies modo in nostram aduenit domum.* Nam ‚clades calamitasque' est appositio; ergo habemus unum subiectum: »intemperies«.
Trin. 1126: *Quoi fides fidelitasque amicum erga aequiperet tuam.*
‚fides fidelitasque' est ἓν διὰ δυοῖν; praeterea propter ‚tuam' singularis adhibitus est.

2) Ann. 160: *Nobis unde forent fructus vitaeque propagmen.*
Nullius momenti est, quod in Leid. p. 64 scriptum est *florent; fructus* pluralis an singularis sit, diiudicari non potest; verisimile autem est pluralem esse; si ita res se habet, numerus verbi omnino non admirationem habet, cum hac in collocatione: v + pl + s, ut supra demonstravi, nusquam singularis inveniatur.

Ne 17—18 quidem ullam vim habent:
Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo
Doctusque Anchises.
Nam ob verborum adlocationem *(veter occubuit Priamus)* fieri non poterat, ut Ennius adhiberet pluralem verbi numerum.

Videmus igitur Ennium iam magis quam Plautum pendere a sermone Graeco[1]).

3. Terentius.

v + s + s.

Hec. 2: Nouom *interuenit* uitium et calamitas.
Ad. 584: *Est* pistrilla et exadvorsum fabrica.
Hic lectionem Eugraphii sequor.
Eun. 30–31: In *east* parasitus colax
Et miles gloriosus.

s + s + v.

Hec. 43: Otium et silentium *est*.
74–75: Cur non aut istaec mihi
Aetas et forma *est*.
404: Etsi amor me graviter consuetudoque eius *tenet*.
Phorm. 890: Nunc gestus mihi uoltusque *est* capiundus nouos.
Ad. 340: Tua fama et gnatae uita in dubium *ueniet*[2]).
Eun. 265: Viden otium et cibus quid *facit* alienus?
Eun. 375: Praeterea forma et aetas *ipsast*.
541: Locus, tempus *constitutum est*.

Sing.: 11; plur.: —.

Ergo Terentius primus Romanorum, quorum libros servavit antiquitas, plane anteposuit singularem.

---

1) Enn. Euhem. fr. III:
ibi Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Ops suadent.
‚sorores' in causa est, cur scriptum videamus pluralem.
Enn. Med. XVI: *Iuppiter tuque adeo, summe Sol, qui res omnis spicis*
Quique tuo cum lumine mare terram caelum contines,
Inspice hoc facinus.
Verbum non nisi ad ‚tuque adeo, summe Sol' spectat; praeterea cf. Kuehner-Stegmann. l. l. § 14 adnot. 1.

2) Aliter res se habet de eiusdem fabulae v. 76: *Hoc pater ac dominus interest.* Nam ‚interesse' nusquam, quantum video, in plurali numero positum est; illud scriptum est pro »hoc interest inter patrem et dominum«.

4. Lucretius.

Tertium librum inspexi.

v + s + s.

III 128–129: *Est* igitur calor ac ventus vitalis in ipso
Corpore, qui nobis moribundos deserit artus.

141: Hic *exultat* enim pavor ac metus.

172: At tamen *insequitur* languor terraeque petitus.

Insequetur abhorret a metro.

266–267:
Quod genus in quovis animantum viscere volgo
Est odor et quidam calor et sapor.

600: *Conquassatur* enim tum mens animaeque potestas.

795–796:
Dispositumque videtur, ubi esse et crescere *possit*
Sorsum anima atque animus.

843–844: Et si iam nostro *sentit* de corpore, post quam
Distractast, animi natura animaeque potestas.

s + s + v.

142: Hic ergo mens animus*quest.*

247–248: Inde calor motus et venti caeca potestas
Accipit.

402: Cui mens animusque *remansit.*

436: Et nebula ac fumus quoniam *discedit* in auras.

565: Sic anima atque animus per se nil posse *videtur.*

615–617:
Denique cur animi numquam mens consiliumque
Gignitur in capite aut pedibus manibusve, sed unis
Sedibus et certis regionibu' pectoris *haeret.*

645–646: Cum mens tamen atque hominis vis
Mobilitate mali non *quit* sentire dolorem.

Semel invenitur pluralis:

416: Hoc anima atque animus *vincti sunt* foedere semper.

Sed hic singularis nimirum stare non potuit, quia *vinciri foedere,* ubi de duobus agitur, sicut *iungi foedere*

omnino non nisi numero plurali efferri conceditur; vix enim quisquam dixit e. c.: »vir mulierque iungitur«. Ceterum non *vincti*, sed *vincta sunt* hoc loco exspectamus; genus hoc masculinum sine exemplo est apud Romanos reliquos.

v + s + pl.

18: *Apparet* divum numen sedesque quietae.

pl + s + v.

294–295: Sed calidi plus est illis quibus acria corda
Iracundaque mens facile *effervescit* in ira.

466: Oculis nutuque *cadenti*.

Summa haec est: sing.: 18, plur.: —.

Nunc vero nos vertamus ad scriptores Romanos prosaicos: Catonem, auctorem rhet. ad Herennium, Ciceronem, Varronem Reatinum.

5. Cato.

s + s + v.

Pluralis in
agr. 21, 4: ne cupa et clavus *conterantur*.
149, 2: pecus et familia, quae illic erit, pigneri *sunto*.

Singularis: 71: bosque ipsus et qui dabit sublimiter *stet*[1]).

---

1) Ad hunc locum non pertinet 68, 1: *ubi vindemia et oleitas facta erit*. Nam hic Cato coactus singularem posuit; neque enim eodem tempore vindemia et oleitas sunt, sed haec vere, illa autumno; qua de causa animo suppleamus necesse est ‚*ubi*' ante vocabulum ‚*oleitas*'; nam verbum refertur ad substantivum sibi proximum.

Fusius dicam de alio loco 70, 2: *bosque ipsus et qui dabit facito, ut uterque sublimiter stent*. ‚bosque ipsus et qui dabit' subiectum et ‚facito' praedicatum esse videtur, sed accuratius examinantibus apertum erit falsam esse hanc interpretationem. Duabus de causis ‚facito' esse personam tertiam nego; nam sensu caret, si bos ipse dicitur efficere, ut sublimiter stet; alium id facere necesse est. Deinde Cato semper

Nemo igitur dubitet, quin Cato nondum singularem verbi numerum praetulerit, immo eandem ille rationem sequitur quam Plautus, quin etiam conici potest Catonem in tertio quoque exemplo, c. 71, non *stet*, sed *stent* scripsisse; id enim commendatur collato c. 70, 2 (vide adnot.). Posterioribus vero temporibus longe aliter res se habet, nam inde ab auctore rhet. ad Herennium prosaicorum Romanorum primo numerum singularem antelatum esse videmus; scriptoresque poetarum genus dicendi imitatos esse mihi persuasum est.

6. E vetustioribus monumentis publicis

nihil certi concludi potest; frustra quidem inspexi legem Oscam tabulae Bantinae, cippum Abellanum, tabulas Iguvinas, leges XII tabularum, nisi quod in cippo Abellano semel singularem inveni: ekkum svai pid abellanus tribarakattuset iuk tribarakkiuf inim uittiuf abellanum *estud*. Contra in senatus consulto de Bacchanalibus bis pluralem: ⟨*Q.*⟩ *Marcius L. f., Sp. Postumius L. f. cos. senatum consoluerunt*, item *scribendo arf⟨uerunt⟩* cum nominibus tribus coniunctum, quod ibi per supplementum recte scribitur, quia *scribendo adfuerunt* omnibus temporibus recepta formula fuit, sicut in SC. apud Ciceronem ad fam. VIII 8, 6. Item semper dicebant Romani *Q. Marcio, Sp. Postumio consulibus*, numquam *consule;* quin etiam hoc usus ferebat, quod in SC. extat CIC. X 1401: *Q. Volusius P. Cornelius verba fecerunt*, non *fecit*. Itaque in talibus numerum pluralem genuinae et integrae latinitatis proprium esse constat.

---

secunda imperativi persona usus est; non est, cur personam mutet; qua de causa sic construo: ‚*facito, ut uterque, bosque ipsus et qui dabit, sublimiter stent*', i. e. ‚*uterque*' est subiectum, ‚*bosque ipsus et qui dabit*' appositio; apud antiquos saepius fit, ut *uterque* cum plurali verbi numero coniungatur: Plaut. Curc. 187: *Uterque insaniunt;* Ter. Eun. 840: *Aput Antiphonem uterque quasi dedita opera domi erant.*

7. Rhet. ad Herennium.

Pluralis omnino non exstat excepto uno loco, de quo iam supra p. 28 dixi [IV § 4: *quo modo Ladas aut Boeotus Sicyonius cursitarint*].

v + s + s.

I § 1: non enim in se parum fructus *habet* copia dicendi et commoditas orationis.

III § 14: natura si *sit* dignitas atque forma . . . non quemadmodum ceteris detrimento atque dedecori.

§ 28: quam *confirmat* inductio quaedam et ratio praeceptionis.

IV § 32: quod *est* in his lepos et festivitas.

§ 35: in qua *continetur* dignitas et amplitudo civitatis.

§ 39: quoniam omnibus rebus ereptis solum mihi *superest* animus et corpus.

s + s + v.

I § 18: tota spes vincendi ratioque persuadendi *posita est* in confirmatione et in confutatione.

§ 23: familia pecuniaque eius agnatum gentilium *esto*. ‚*familia*' inseruit P²; *pecunia quae:* PB; *pecunia:* H.

II § 7: si praeterea altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio *videbitur* esse.

§ 7: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio *demonstrabitur* fuisse.

III § 31: propterea quod frequentia et obambulatio hominum *conturbat* et *infirmat* imaginum notas [1]).

IV § 66: et forma ei et oratio *attribuitur* ad dignitatem.

---

1) Ad hunc locum non spectat IV 23: *quia nulla facilius ad id maleficium causa, quam turpis amor et intemperans libido commovere potuit;* neque enim complura subiecta habemus, sed unum: *causa;* propterea sic construas quaeso ‚nulla causa commovere potuit quam amor'.

IV § 66: quam dolis malitiosa Karthago, viribus probata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non *potuit*.

Sing.: I: 3, II: 2, III: 3, IV: 5 = 13; plur.: —.

8. Cicero.

Libros *de inventione* inscriptos respiciamus, deinde libros *de oratore*. Videbimus Ciceronem ut in argumento ita in genere dicendi ab auctore ad Herennium dependere.

v + s + s.

inv. I § 5: Nam quo indignius rem honestissimam et rectissimam *violabat* stultorum et improborum temeritas et audacia summo cum rei publicae detrimento.

§ 7: item, quibus in rebus *versatur* ars et facultas oratoria.

quaeretur: PAT.

§ 38: *quaeretur* locus, tempus, occasio, modus, facultas.

§ 43: deinde ecqua de ea re aut eius rei *sit* lex, consuetudo, pactio, iudicium, scientia, artificium.

II § 30: quo in genere *est* virtus, scientia et quae contraria sunt.

§ 40: hoc ergo in genere *spectabitur* locus, tempus, occasio, facultas.

§ 166: quo in genere *est* gloria, dignitas, amplitudo, amicitia.

s + s + v.

I § 5: laus, honos, dignitas *confluit*.

§ 22: si eorum inertia, neglegentia, ignavia, desidiosum studium et luxuriosum otium *proferetur*.

§ 66: hic et propositio et adsumptio *perspicua est*.

§ 86: hoc genus et cetera necessaria et omnino omnis argumentatio et eius reprehensio maiorem quandam vim *continet* et latius *patet*.

I § 106: per quos fortunae vis in omnes et hominum infirmitas *ostenditur*.

§ 109: in quo gravitas et auctoritas *est*.

§ 109: nam saepe virtus et magnificentia . . . plus *proficit*.

§ 109: per quem inopia, infirmitas, solitudo *demonstratur*.

II § 25: quae vis et natura *sit* eius affectionis.

§ 47: et ipsius rumoris causa et veritas ex eisdem attributionibus *reperietur*.

§ 62: vis et natura et genus ipsius negotii *quaeritur*.

§ 69: in qua aequi et iniqui natura et praemii aut poenae ratio *quaeritur*.

§ 74: eius rei confirmatio et item contraria de parte infirmatio ex coniecturali constitutione *sumetur*.

§ 109: in qua aequi et iniqui natura et praemii aut poenae ratio *quaereretur*.

Ne in hoc quidem scripto pluralis numerus invenitur [1]).

Sing.: lib. I: 12, lib. II: 9 = 21; plur.: —.

v + s + s.

de orat. I § 15: *excitabat* eos magnitudo, varietas multitudoque in omni genere causarum.

§ 18: *Tenenda* praeterea *est* omnis antiquitas exemplorumque vis.

§ 45: *vigebatque* auditor Panaetii illius tui Mnesarchus et Peripatetici Critolai Diodorus.

II § 37: in hac una *est* ea ratio atque doctrina.

III § 124: facile *suppeditat* omnis apparatus ornatusque dicendi [2]).

---

1) I § 59: *nam et signorum ortus et obitus definitum quendam ordinem servant.* ‚ortus' et ‚obitus' esse pluralia pro certo habeo.

2) I § 142: *cumque esset omnis oratoris vis at facultas in quinque partes distributa;* verborum collocatio Ciceronem coegit singularem ponere.

s + s + v.

I § 1: si infinitus forensium rerum labor et ambitionis occupatio cursu honorum etiam aetatis flexu *constitisset.*

§ 17: quod omnis vis ratioque dicendi in eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis aut excitandis *expromenda est.*

§ 19: quorum gloria nobis et dignitas *carast.*

§ 79: doctrina certe et otium et hercule etiam studium illud discendi acerrimum *defuit.*

§ 123: quos usus ac natura *docuisset.*

§ 128: In oratore autem acumen dialecticorum, scientia philosophorum, verba prope poetarum, memoria iuris consultorum, vox tragoedorum, gestus paene summorum actorum *est requirendus.*
BR: *sententia;* Halm: *sententiae.*

§ 150: Nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile *vincit.*

§ 201: sic in causis publicis iudiciorum, contionum, senatus omnis haec et antiquitatis memoria et publici iuris auctoritas et regendae rei publicae ratio ac scientia tamquam aliqua materies eis oratoribus, qui versantur in re publica, subiecta esse *debet.*

§ 202: quemcumque in animis hominum motum res et causa *postulet.*

§ 252: quod vox et gestus subito sumi et alicunde adripi non *potest.*

II § 26: quemque iamdudum et Cotta et Sulpicius *expectat.*

§ 120: in quo oratoris vis illa divina virtusque *cernitur.*

§ 186: sed etiam consuetudo valentis et natura corporis *cognoscendast.*

§ 213: In utroque autem genere dicendi et illo, in quo vis atque contentio quaeritur.

II § 247: Temporis igitur ratio et ipsius dicacitatis moderatio et temperentia et raritas dictorum *distinguet* oratorem a scurra.
Lectionem codicis L probo.

§ 343: Nam clementia, iustitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus *iucundast* auditu in laudationibus.

§ 344: Sapientia et magnitudo animi . . . et in excogitando vis quaedam ingenii et ipsa eloquentia admirationis *habet* non minus.

III § 19: cum auctoritas atque amicitia vestra tum Antonii facilitas *eripuit.*

§ 21: mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque *reperitur*[1]).

§ 42: Me autem tuus sonus et subtilitas ista *delectat.*

§ 67: Nam Speusippus, Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem Polemo et Crantor nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere *dissensit.*

§ 181: ut utilitatem ac prope necessitatem suavitas quaedam et lepos *consequatur.*

Locus unus, qui superest: III § 186, sic est corruptus, ut nihil certi dicere possim.

v + s + pl.

I § 17: *Accedat* eodem oportet lepos quidam facetiaeque et eruditio libero digna celeritasque et brevitas.

pl + s + v.

I § 171: quantam illa tempora atque illa aetas in hac civitate ecferre maximam *potuit.*

---

1) Quo in numero non est III 40: *sed etiam lingua et spiritus et vocis sonus est ipse moderandus.*

I § 257: Nam et subitae ad propositas causas exercitationes et accuratae ac meditatae commentationes ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris *est*.

Sing.: I: 16, II: 8, III: 6 = 30; plur.: —.

9. Varro[1]).

v + s + s.

rust. I 4, 5: cum Corcyrae *esset* exercitus ac classis.

23, 1: in quo est ocimum, farrago, vicia, medica, cytisum, lupinum.

II 1, 3: ut *putavit* Thales Milesius et Zeno Citieus.

1, 3: ut *credidit* Pythagoras Samius et Aristoteles Stagerites.

III 2, 2: sedebat ad sinistram ei Cornelius Merula consulari familia ortus et Fircellius Pavo Reatinus.

s + s + v.

I 20, 3: creber crepitus ac varietas rerum consuetudine celeberrima ad utilitatem *adducit*.

42: quem ad modum cum pabulum et frumentum *seritur*.

52, 2: acus ac palea *evannatur*.

III 1, 3: nec murus et porta quid *esset* sciebant.

2, 6: quam tuus avos ac proavos *habebat*.

V et B: *habebat;* A: *habeat*.

Pluralis:

III 10, 1: horum greges Scipio Metellus et M. Seius *habent* magnos aliquot.

Sing.: I: 5, II: 2, III: 3 = 10; plur.: III: 1.

---

1) Res dubia est I 57, 1: *parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi*. Ratio et usus sermonis postulat singularem. An *parietes et solum* est obiectum et *loricandi* scriptum est pro ‚loricandum est'? Iam Keil scribere voluit *loricandum* cf. eius comment. ad h. locum.

10. Catullus.

v + s + s.

XXIII 16–17: *Abest* saliua
Mucusque et mala pituita nasi.
LXVIII 151–152: Ne vestrum scabra *tangat* rubigine nomen
Haec atque illa dies atque alia atque alia.

Pluralis in:
XII 15–16: *Miserunt* mihi muneri Fabullus
Et Veranius.

s + s + v.

XLIV 13–14: Hic me gravido frigida et frequens tussis
Quassavit.
LXIV 218–219:
Quandoquidem fortuna mea ac tua fervida virtus
Eripit invito mihi te.

Sing.: 4; plur.: 1.

11. Vergilius.

v + s + s.

catal. III a 10–14:
Florido mihi *ponitur* picta vere corolla
Primitus tenera virens spica mollis arista
Luteae violae mihi lacteumque papaver
Pallentesque cucurbitae et suave olentia mala
Uva pampinea rubens educata sub umbra.
16: Barbatus *linit* hirculus cornipesque capella.
IV 7: Quibus *gaudet* Phoebi chorus ipseque Phoebus.
ecl. IV 53–54:
O mihi tum longae *maneat* pars ultima vitae,
Spiritus et quantum sat erit tua dicere facta.
georg. III 150–151: *Furit* mugitibus aether
Concussus silvaeque et sicci ripa Tanagri.

Aen. I 87: *Insequitur* clamorque virum stridorque. . . .
734: *Adsit* laetitiae Bacchus dator et bona Iuno.
II 313: *Exoritur* clamorque virum clangorque. . . .
324: *Venit* summa dies et ineluctabile tempus.
325–326: *Fuit* Ilium et ingens
Gloria Teucrorum.
562–563: *Subiit* deserta Creusa
Et direpta domus et parvi casus Iuli.
597–598: *Superet* coniunxne Creusa
Ascaniusque puer.
713–715:
Est urbe egressis tumulus templumque vetustum
Desertae Cereris iuxtaque antiqua cupressus
Religione patrum multos servata per annos.
III 137–139: Subito cum tabida membris
Corrupto caeli tractu miserandaque *venit*
Arboribusque satisque lues et letifer annus.
IV 52: Dum pelago *desaevit* hiemps et aquosus Orion.
353–354: *Admonet* in somnis et turbida terret imago
Me puer Ascanius capitisque iniuria cari [1]).
VI 64–65: Quibus *obstitit* Ilium et ingens
Gloria Dardaniae.
730–731: Igneus *est* ollis vigor et caelestis origo
Seminibus.
823: *Vincet* amor patriae laudumque in mensa cupido.
VII 461–462: *Saevit* amor ferri et scelerata insania belli
Ira super.
701–702: *Sonat* amnis et Asia longe
Pulsa palus.

1) V 825–826: *Laeva tenent Thetis et Melite Panopeaque virgo*
Nisaee Spioque Thaliaque Cymodoceque.
M *tenet;* P et minores *tenent;* R *tent;* non parvi momenti est lectio codicis R, nam firmare videtur Vergilium scripsisse *tenent*; accedit, quod semper apud eum in catalogis pluralis positus est.

VIII 445: *Fluit* aes rivis aurique metallum.
182—183: *Vescitur* Aeneas simul et Troiana iuventus
Perpetui tergo bovis et lustralibus extis.

IX 171: *Instat* Mnestheus acerque Serestus.
254—256: Tum cetera *reddet*
Actutum pius Aeneas atque integer aevi
Ascanius.

X 26—27: Muris iterum *imminet* hostis
Nascentis Troiae nec non exercitus alter.
86: *Est* Paphus Idaliumque tibi.
575—576: Interea biiugis *infert* se Lucagus albis
In medios fraterque Liger.
870—871: *Aestuat* ingens
Uno in corde pudor mixtoque insania luctu.

XI 174: *Esset* par aetas et idem si robur ab annis.
192: *It* caelo clamorque virum clangorque tubarum.
774—775: Aureus ex umeris *erat* arcus et aurea vati
Cassida.

XII 618—619:
Commixtum clamorem arrectasque *impulit* auris
Confusae sonus urbis et inlaetabile murmur.

s + s + v.

catal. XIV 7—8: Corniger hos aries humilis et maxima taurus
Victima sacratos *sparget* honore focos.
11—12: Tuus te Caesar Olympo
Et Surrentini litoris ara *vocat*.

ecl. I 47—48: Quamvis lapis omnia nudus
Limosoque palus *obducat* pascua iunco.

georg. IV 478—480:
Quos circum limus niger et deformis harundo
Cocyti tardaque palus inamabilis unda
Alligat.

Aen. I 574: Tros Tyriusque mihi nullo discrimine *agetur*.

II 162–163: Omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper *stetit.*
394–395: Hoc ipse Dymas omnisque iuventus
Laeta *facit.*
678: Cui pater et coniunx quondam tua dicta *relinquor.*

III 256–257:
Quam vos dira fames nostraeque iniuria caedis
Ambesas *subigat* malis absumere mensas.
707–708: Hinc Drepani me portus et inlaetabilis ora
Accipit.

IV 679: Idem ambas ferro dolor atque eadem hora *tulisset.*

V 106–107: Famaque finitimos et clari nomen Acestae
Excierat.
760–761: Tumuloque sacerdos
Ac lucus late sacer *additur* Anchiseo.

VII 812–814:
Illam omnis tectis agrisque effusa iuventus
Turbaque *miratur* matrum et *prospectat* euntem
Attonitis inhians animis.

VIII 67: Nox Aenean somnusque *reliquit.*
326–327: Deterior donec paulatim ac decolor aetas
Et belli rabies et amor *successit* habendi.
694–695:
Stuppea flamma manu telisque volatile ferrum
Spargitur.

IX 44: Ergo etsi conferre manum pudor iraque *monstrat.*
260: Quaecumque mihi fortuna fidesque *est.*
760–761: Sed furor ardentem caedisque insana cupido
Egit in adversos.

X 351: Quos Idas pater et patria Ismara *mittit.*
398: Facta viri mixtus dolor et pudor *armat.*
400: Hoc spatium tantumque morae *fuit.*
622–623: Si mora praesentis leti tempusque caduco
Oratur iuveni.

XI 154–155: Quantum nova gloria in armis
Et praedulce decus primo certamine *posset.*
222–223: Multa simul contra variis sententia dictis
Pro Turno et magnum reginae nomen *obumbrat.*
320–321: Haec omnis regio et celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiae Teucrorum.
425–426: Multa dies variusque labor mutabilis aevi
Rettulit in melius.
607: Adventusque virum fremitusque *ardescit* equorum.
XII 122–123: Hinc Troius omnis
Tyrrhenusque *ruit* variis exercitus armis.
150: Parcarumque dies et vis inimica *propinquat.*
225–226:
Quoi genus a proavis ingens clarumque paternae
Nomen *erat* virtutis.
379–380:
Cum rota praecipitem et procursu concitus axis
Impulit.

Pluralis:

Aen. I 563: Res dura et regni novitas me talia *cogunt.*
V 781–782: Iunonis gravis ira neque exsaturabile pectus
Cogunt me.
VIII 334–335: Fortuna omnipotens et ineluctabile Fatum
His *posuere* locis.
XII 384–385:
Interea Aenean Mnestheus et fidus Achates
Ascaniusque comes castris *statuere* cruentum [1]).

1) II 316–317: *Furor iraque mentem*
Praecipitant;
pluralis positus est effectus causa cf. p. 13; *praecipitat* P et Serv.; Non aliter res se habet in IV 275–276:
Cui regnum Italiae Romanaque tellus
Debentur.
P et minores *debetur.*

v + s + pl.

georg. I 152–153: *Subit* aspera silva
Lappaeque tribolique.
III 43–44: *Vocat* ingenti clamore Cithaeron
Taugetique canes domitrixque Epidaurus equorum.
Aen. III 552–553: *Attollit se* diva Lacinia contra
Caulonisque arces et navifragum Scylaceum.
III 701–702: *Apparet* Camerina procul campique Geloi
Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.
IV 525: Cum *tacet* omnis ager, pecudes pictaeque volucres.
V 343–344: *Tutatur* favor Euryalum lacrimaeque decorae
Gratior et pulchro veniens in corpore virtus.
VII 516–517: *Audiit* amnis
Sulpurea Nar albus aqua fontesque Velini.
X 352–353: *Accurrit* Halaesus
Auruncaeque manus.
XI 259–260: *Scit* triste Minervae
Sidus et Euboicae cautes ultorque Caphereus.
428: Non *erit* auxilio nobis Aetolus et Arpi.
XII 219–221:
Adiuvat incessu tacito progressus et aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus
Tabentesque genae et iuvenali in corpore pallor [1]).

pl + s + v.

catal. III a 7–8: Ut herbae,
Aspera ut rubus a meo *sit remota* sacello.
georg. III 564–565:
Ardentes papulae atque immundus olentia sudor
Membra *sequebatur*.
IV 300–301: Huic geminae nares et spiritus oris
Multa reluctanti *obstruitur*.

1) XI 652: *aureus* ex umero *sonat arcus* et arma Dianae. Verborum collocatio in causa est, ut mihi videtur.

Aen. I 399–400:

Haut aliter puppesque tuae pubesque tuorum
Aut portum tenet aut pleno *subit* ostia velo.

IV 347–348: Si te Karthaginis arces
Phoenissam Libycaeque aspectus *detinet* urbis[1]).

V 5–7: Duri magno set amore dolores
Polluto notumque, furens quid femina *possit*
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.

VI 181–182: Fraxineaeque trabes cuneis et fissile robur
Scinditur.

VIII 318: Sed rami atque asper victu venatus *alebat.*

IX 8: Urbe et sociis et classe *relicta.*

Pluralis:

VI 511–512: Set me fata mea et scelus exitiale Lacaenae
His mersere malis[2]).

Summarium: Sing.: catal.: 6, ecl.: 2, georg.: 6, Aen.: 73 = 87; plur.: Aen.: 5.

12. Horatius.

v + s ! s.

epod. X 23–24: Libidinosus *immolabitur* caper
Et agna Tempestatibus.

1) Res dubia est IV 651: *Dum fata deusque sinebat.* M et P *sinebat;* P² *sinebant*, quam coniecturam secuti sunt Ribbeck et Postgate; cf. M. Unterharnscheidt, De veterum in Aeneide coniecturis, Monasterii MCMXI p. 41: ‚Singularis et praeferendus est IV 651.'

2) VII 85–86: *Hinc Italae gentes omnisque Oenotria tellus*
In dubiis responsa petunt; hunc . . .

mea quidem sententia *omnisque . . . tellus* appositio est; nam idem significat atque ‚Italae gentes': qua de causa verbi numerus est pluralis; itaque abundat copula *que.* Praeterea propter metrum non licuit singularem ponere, nam si Vergilius scripsisset ‚petit', brevis syllaba orta esset, ubi longam postulat res metrica.

IX 226–227: *Ductores Teucrum primi et delecta iuventus*
Consilium summis regni de rebus habebant.

Hic statuenda est constructio *κατὰ σύνεσιν,* de qua iam p. 24 locuti sumus.

serm. I 3, 13–15: *Sit* mihi mensa tripes et
Concha salis puri et toga, quae defendere frigus,
Quamvis crassa, queat.

I 4, 15–16: *Detur* nobis locus, hora,
Custodes.

4, 125–126: *Flagret* rumore malo cum
Hic atque ille?

4, 131–133: Fortassis et istinc
Largiter *abstulerit* longa aetas, liber amicus,
Consilium proprium.

abstulerit melius traditum est quam *abstulerint*.

5, 15–16: Absentem ut *cantat* amicam
Multa prolutus vappa nauta atque viator.

5, 27–28: Huc *venturus erat* Maecenas optumus atque
Cocceius.

6, 77–78: Artis, quas *doceat* quivis eques atque senator
Semet prognatos.

6, 92–93: Longe mea *discrepat* istis
Et vox et ratio.

6, 117–118: *Astat* echinus
Vilis, cum patera gutus, Campana supellex.

8, 38–39: Atque in me *veniat* mictum atque cacatum
Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus [1]).

10, 82–83: Et *probet* haec Octavius optimus atque
Fuscus.

II 2, 42: *Putet* aper rhombusque recens.

3, 56–57: *Clamet* amica
Mater, honesta soror cum cognatis, pater, uxor.

3, 195: *Gaudeat* ut populus Priami Priamusque inhumato.

1) I 10, 28–29: Cum *Pedius* causas *exudet Publicola* atque
Corvinus.

Collocatio *(Pedius . . exsudet Publicola)* exigit singularem; de scribendi ratione *Publicola* inspicias quaeso Keller. proleg. ad h. locum.

carm. I 12, 41—44: Hunc et incomptis Curium capillis
Utilem bello *tulit* et Camillum
Saeva paupertas et avitus apto
Cum lare fundus.

I 18, 14—16: Quae *subsequitur* caecus amor sui
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem
Arcanique fides prodiga.

19, 7—8: *Urit* grata protervitas
Et voltus nimium lubricus aspici.

28, 7—9: *Occidit* et Pelopis genitor, conviva deorum,
Tithonusque remotus in auras
Et Iovis arcanis Minos admissus.

28, 15—16: Sed omnes una *manet* nox
Et calcanda semel via leti.

Nauck mente suppleri voluit *est;* sed mea quidem sententia hic non est ellipsis verbi esse.

II 11, 5—6: *Fugit* retro
Levis iuventas et decor.

14, 21—22: *Linquenda* tellus et domus et placens
Uxor.

Quamquam hic deest copula ‚est'.

18, 26—28: *Pellitur* paternos
In sinu ferens deos
Et uxor et vir sordidosque natos.

20, 19—20: Me peritus
Discet Hiber Rhodanique potor.

III 1, 34—37: Huc frequens
Caementa *demittit* redemptor
Cum famulis dominusque terrae
Fastidiosus.

5, 8—9: *Consenuit* socerorum in armis
Sub rege Medo Marsus et Apulus.

6, 13—14: Paene occupatam seditionibus
Delevit urbem Dacus et Aethiops.

III 8, 15–16: Procul omnis *esto*
Clamor et ira.

An vocabulum *omnis* coegit scribere *esto?*

11, 50: Dum *favet* nox et Venus.

16, 17–18: Crescentem *sequitur* cura pecuniam
Maiorumque fames.

19, 22–24: *Audiat* invidus
Dementem strepitum Lycus
Et vicina seni non habilis Lyco.

27, 66–68: *Aderat* querenti
Perfidum ridens Venus et remisso
Filius arcu.

IV 4, 70–72: *Occidit, occidit*
Spes omnis et fortuna nostri
Nominis Hasdrubale interempto.

5, 18: *Nutrit* rura Ceres almaque Faustitas.

7, 7–8: Immortalia ne speres, *monet* annus et almum
Quae rapit hora diem.

epist. I 1, 57: *Est* lingua fidesque.

2, 44–45: *Quaeritur* argentum puerisque beata creandis
Uxor.

2, 51: *Iuvat* illum sic domus et res.

5, 7: Iamdudum *splendet* focus et tibi munda supellex.

6, 38: Ac bene nummatum *decorat* Suadela Venusque.

11, 1: Quid tibi *visa* Chios, Bullati, notaque Lesbos.

Ubi copula *esse* deest.

11, 21: Romae *laudetur* Samos et Chios et Rhodos absens.

16, 4: *Scribetur* tibi forma loquaciter et situs agri.

16, 44: Sed *videt* hunc omnis domus et vicinia tota.

17, 23: Omnis Aristippum *decuit* color et status et res.

18, 23: Quem *tenet* argenti sitis importuna famesque.

ars 69: Nedum sermonum *stet* honos et gratia vivax.

95–96: Et tragicus plerumque *dolet* sermone pedestri
Telephus et Peleus.

248: Quibus *est* equos et pater et res.

290—291: Si non *offenderet* unum
Quemque poetarum limae labor et mora.
309: Scribendi recte sapere *est* et principium et fons.
348: Quem *volt* manus et mens.
406—407: Ne forte pudori
Sit tibi Musa lyrae sollers et cantor Apollo.

s + s + v.

epod. V 37—38: Exsecta uti medulla et aridum iecur
Amoris *esset* poculum.
XVI 37—38: Mollis et expes
Inominata *perprimat* cubilia.

Non idem est *mollis* atque *expes*, nam ita distinguuntur hi homines, ut dicamus: »die einen wollen sich aus Schlaffheit zu keiner Tat aufraffen, die anderen sind zu stumpf, um noch von der Zukunft ein Glück zu erhoffen«.

serm. I 4, 46—47: Quod acer spiritus ac vis
Nec verbis nec rebus *inest*.
II 2, 121—122: Tunc pensilis uva secundas
Et nux *ornabat* mensas cum duplice ficu.
3, 44—45: Insanum Chrysippi porticus et grex
Autumat.
5, 24—25: Si vafer unus et alter
Insidiatorem praeroso *fugerit* hamo.
6, 2—3: Hortus ubi et tecto vicinus iugis aquae fons
Et paulum silvae super his *foret*.
6, 116—117: Me silva cavusque
Tutus ab insidiis tenui *solabitur* ervo.
7, 102—103: Tibi ingens
Virtus atque animus cenis *responsat* opimis?
carm. I 3, 9—10: Illi robur et aes triplex
Circa pectus *erat*.
6, 9—10: Dum pudor
Imbellisque lyrae Musa potens *vetat*.

I 3, 30–31: Macies et nova febrium
Terris *incubuit* cohors.

17, 13–14: Dis pietas mea
Et musa cordi *est.*

24, 6–8: Cui Pudor et Iustitiae soror
Incorrupta Fides nudaque Veritas
Quando ullum *inveniet* parem?

Conferas quaeso adnot. Kelleri: »statt Iustitiae wollen Waddel und Peerlkamp Iustitia et; eine Notwendigkeit von der einstimmigen Überlieferung abzugehen, liegt nicht vor.«

25, 13–15: Cum tibi flagrans amor et libido,
Quae solet matres furiare equorum,
Saeviet circa iecur ulcerosum.

34, 10–12: Quo Styx et invisi horrida Taenari
Sedes Atlanteusque finis
Concutitur.

35, 21–22: Te Spes et albo rara Fides *colit*
Velata panno.

35, 25–26: At volgus infidum et meretrix retro
Periura *cedit.*

II 11, 1–3: Quid bellicosus Cantaber et Scythes,
Hirpine Quincti, *cogitet* Hadria
Divisus obiecto.

13, 37–38: Quin et Prometheus et Pelopis parens
Dulci laborem *decipitur* sono.

18, 9–10: At fides et ingeni
Benigna venast.

III 3, 9–10: Hac arte Pollux et vagus Hercules
Enisus arces *attigit* igneas.

3, 18–20: Ilion, Ilion
Fatalis incestusque iudex
Et mulier peregrina *vertit.*

III 6, 9–12: Iam bis Monaeses et Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros et adiecisse praedam
Torquibus exiguis *renidet.*

11, 19–20: Spiritus taeter saniesque *manet*
Ore trilingui.

11, 21–22: Quin et Ixion Tityosque voltu
Risit invito.

16, 29–32: Purae rivos aquae silvaque iugerum
Paucorum et segetis certa fides meae
Fulgentem imperio fertilis Africae
Fallit sorte beatior.

29, 2–5: Non ante verso lene merum cado
Cum flore, Maecenas, rosarum et
Pressa tuis balanus capillis
Iamdudum apud me *est.*

IV 4, 5–6: Olim iuventas et patrius vigor
Nido laborum *propulit* inscium.

5, 22: Mos et lex maculosum *edomuit* nefas.

6, 1–3: Dive, quem proles Niobea magnae
Vindicem linguae Tityosque raptor
Sensit.

8, 14–15: Per quae spiritus et vita *redit* bonis
Post mortem ducibus.

8, 25–27: Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
Virtus et favor et lingua potentium
Vatum divitibus *consecrat* insulis [1]).

---

1) Iudicare non possum de carm. I 1, 4–6:
Collegisse iuvat metaque fervidis
Evitata rotis palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad deos.

Quaeritur utrum *meta — palmaque* pertineat ad *iuvat* an ad *evehit.* codd.: *evehit;* Bentley scripsit *evehere.* Kießling: »*metaque — deos* ist ausmalender Zusatz, der als selbständiger Hauptsatz eingefügt ist, ohne

carm. saec. 57—59: Iam Fides et Pax et Honos Pudorque
Priscus et neclecta redire Virtus
Audet.

epist. I 1, 84: Lacus et mare *sentit* amorem.
4, 10: Gratia, fama, valetudo *contingat* abunde.
5, 27—28: Et, nisi cena prior potiorque puella Sabinum
Detinet, adsumam.
6, 25—26: Cum bene notum
Porticus Agrippae et via te *conspexerit* Appi.
6, 49: Si fortunatum species et gratia *praestat.*
7, 5—6: Dum ficus prima calorque
Dissignatorem *decorat* lictoribus atris.
7, 7: Dum pueris omnis pater et matercula *pallet.*
7, 8—9: Officiosaque sedulitas et opella forensis
Adducit febris et testamenta *resignat.*
11, 17: Incolumi Rhodos et Mytilene pulchra *facit.*
14, 6: Me quamvis Lamiae pietas et cura *moratur.*
14, 8—9: Tamen istuc mens animusque
Fert et *amat* spatiis obstantia rumpere claustra.
17, 6—7: Si te grata quies et primam somnus in horam
Delectat.

II 1, 118—119: Hic error tamen et levis haec insania quantas
Virtutes *habeat.*

ars 153: Quid ego et populus mecum *desideret.*
166—168: Conversis studiis aetas animusque virilis
Quaerit opes et amicitias, *inservit* honori,
Commisisse *cavet* quod mox mutare laboret.
242: Tantum series iuncturaque *pollet.*
292—293: Quod non
Multa dies et multa litura *coercuit.*

---

den Faden der Konstruktion zu zerreißen, der mit hunc (v. 7) und illum (v. 9), von iuvat abhängig, weiter gesponnen wird.«

Postgate sic: Palmaque nobilis.
Terrarum dominos evehit ad deos.

Corruptum locum esse mihi persuasit Bentley, emendatio tamen dubia.

330—331: At haec animos aerugo et cura peculi
Cum semel *imbuerit*.
369—370: Consultus iuris et actor
Causarum mediocris *abest* virtute diserti.
400—401: Sic honor et nomen divinis vatibus atque
Carminibus *venit*.

Pluralis est in:
epist. I 14, 21—22: Fornix tibi et uncta popina
Incutiunt urbis desiderium.

v + s + pl.

epod. VIII 7: Sed *incitat* me pectus et mammae putres.
serm. I 9, 26—27: *Est* tibi mater,
Cognati.
carm. I 2, 38—40: Quem *iuvat* clamor galeaeque leves
Acer et Marsi peditis cruentum
Voltus in hostem.
4, 16—17: Iam te *premet* nox fabulaeque Manes
Et domus exilis Plutonia.
III 4, 49—52: Magnum illa terrorem *intulerat* Iovi
Fidens iuventus horrida bracchiis
Fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.

pl + s + v.

carm. I 22, 19—20: Quod latus mundi nebulae malusque
Iuppiter *urget*.

Sing.: epod.: 4, serm.: 22, carm.: 48, carm. saec.: 1, epist.: 24, ars: 14 = 113; plur.: epist.: 1.

Multis locis metrum non prohibebat pluralem. Cuius generis nunc plura exempla adiciam. Inde, quod ibi non admissus est pluralis, concludere possumus non rem metricam Horatium, ut eum sperneret, coegisse, sed consulto eum singularem numerum verbi posuisse:

epod. VIII 7: Sed incitat me pectus et mammae putres.
XVI 37–38: Mollis et expes
Inominata perprimat cubilia.

serm. I 3, 13–15: Sit mihi mensa tripes et
Concha salis puri et toga, quae defendere frigus,
Quamvis crassa, queat.

I 4, 15–16: Detur nobis locus, hora,
Custodes.

4, 125–126: Flagret rumore malo cum
Hic atque ille.

4, 131–133: Fortassis et istinc
Largiter abstulerit longa aetas, liber amicus,
Consilium proprium.

5, 27–28: Huc venturus erat Maecenas optumus atque
Cocceius.

6, 77–78: Artis, quas doceat quivis eques atque senator
Semet prognatos.

8, 38–39: Atque in me veniat mictum atque cacatum
Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus.

9, 26–27: Est tibi mater,
Cognati.

10, 28–29: Cum Pedius causas exudet Publicola atque
Corvinus.

II 2, 121–122: Tum pensilis uva secundas
Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.

carm. I 2, 38–40: Quem iuvat clamor galeaeque leves
Acer et Marsi peditis cruentum
Voltus in hostem.

3, 9–10: Illi robur et aes triplex
Circa pectus erat, qui . . .

4, 16–17: Iam te premet nox fabulaeque Manes
Et domus exilis Plutonia.

6, 9–10: Dum pudor
Imbellisque lyrae Musa potens vetat.

I 19, 7–8: Urit grata protervitas
Et voltus nimium lubricus aspici.
22, 19–20: Quod latus mundi nebulae malusque
Iuppiter urget.
24, 6–8: Cui Pudor et Iustitiae soror
Incorrupta Fides nudaque Veritas
Quando ullum inveniet parem?
25, 13–15: Cum tibi flagrans amor et libido,
Quae solet matres furiare equorum,
Saeviet circa iecur ulcerosum.
28, 15–16: Sed omnis una manet nox
Et calcanda semel via leti.

De ‚calcanda' vide p. 77.

35, 21–22: Te Spes et albo rara Fides colit
Velato panno.
35, 25–26: At volgus infidum et meretrix retro
Periura cedit, diffugiunt.
III 1, 34–37: Huc frequens
Caementa demittit redemptor
Cum famulis dominusque terrae
Fastidiosus.
3, 18–21: Ilion, Ilion
Fatalis incestusque iudex
Et mulier peregrina vertit
In pulverem.
4, 49–52: Magnum illa terrorem intulerat Iovi
Fidens iuventus horrida bracchiis
Fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.
16, 29–32: Purae rivos aquae silvaque iugerum
Paucorum et segetis certa fides meae
Fulgentem imperio fertilis Africae
Fallit sorte beatior.
11, 50: Dum favet nox et Venus.

11, 19—20: Spiritus taeter saniesque m a n e t
Ore trilingui.
27, 66—68: A d e r a t querenti
Perfidum ridens Venus et remisso
Filius arcu.
IV 5, 18: N u t r i t rura Ceres almaque Faustitas.
epist. I 6, 38: Ac bene nummatum d e c o r a t Suadela Venusque.
6, 49: Si fortunatum species et gratia p r a e s t a t.
7, 5—6: Dum ficus prima calorque
Dissignatorem d e c o r a t lictoribus atris.
7, 7: Dum pueris omnis pater et matercula p a l l e t.
7, 8—9: Officiosaque sedulitas et opella forensis
A d d u c i t febres et testamenta r e s i g n a t.
11, 21: Romae l a u d e t u r Samos et Chios et Rhodos absens.
14, 6: Me quamvis Lamiae pietas et cura m o r a t u r.
16, 4: S c r i b e t u r tibi forma loquaciter et situs agri.
17, 6—7: Si te grata quies et primam somnus in horam
D e l e c t a t, si . . .
II 1, 118—119: Hic error tamen et levis haec insania quantas
Virtutes h a b e a t, sic collige.
ars 95—96: Et tragicus plerumque d o l e t sermone pedestri
Telephus et Peleus.
242: Tantum series iuncturaque p o l l e t.
248: Quibus e s t equos et pater et res.
330—331: At haec animos aerugo et cura peculi
Cum semel i m b u e r i t, speramus . . .
406—407: Ne forte pudori
S i t tibi Musa lyrae sollers et cantor Apollo.

13. Tibullus.

v + s + s.

I 8, 41: Heu sero *revocatur* amor seroque iuventas.
II 5, 27—28: Lacte madens illic *suberat* Pan ilicis umbrae
Et facta agresti lignea falce Pales.

III 2, 23—24: Illic quas *mittit* dives Panchaia merces
Eoique Arabes, pinguis et Assyria.

s + s + v.

I, 5, 35—36: Quae nunc Eurusque Notusque
Iactat odoratos vota per Armenios.

II 3, 38: Hinc caedes mors propiorque *venit.*

III 3, 17—18: Quidve in Erythraeo legitur quae litore concha
Tinctaque Sidonio murice lana *iuvat.*

IV 1, 146:
Quaque Hebrus Tanaisque Getas *rigat* atque Magynos.

v + s + pl.

II 1, 89—90: Postque *venit* tacitus furvis circumdatus alis
Somnus et incerto somnia nigra pede.

O *fulvis.*

Sing.: I—II: 5, III—IV: 3 = 8; plur.: —.

Nonnullis locis metrum non prohibebat pluralem: I 8, 41; II 5, 27—28; III 2, 23—24; 3, 17—18.

14. Propertius.

s + s + v.

III 8, 38: *Sit* socer aeternum nec sine matre domus.

s + s + v.

II 4, 22: Huic nullum caeli tempus et aura *nocet.*

28, 8: Ventus et unda *rapit.*

III 2, 7: Nobis et Baccho et Apolline *dextro.*

dextro = iuvante.

III 17, 12: Spesque timorque animum *versat* utroque modo.

v + s + pl.

I 17, 10: Sat tibi *sit* poenae nox et iniqua vada.
II 32, 37—38: Hoc et Hamadryadum *spectavit* turba sororum
Silenique senes et pater ipse chori.

Quattuor locis [I 7, 10; II 4, 22; III 2, 7; 8, 38] poetae licuit verbum in numero plurali ponere versu non mutato, scripsit tamen singularem.

Sing.: 7; plur.: —.

15. Ovidius.

v + s + s.

am. II, 1, 5—6: Me *legat* in sponsi facie non frigida virgo
Et rudis ignoto tactus amore puer.
6, 33—34: *Vivit* edax vultur ducensque per aera gyros
Miluus et pluviae graculus auctor aquae.
epist. II 69—70: Cum *fuerit* Sciron lectus torvusque Procrustes
Et Sinis.
103—104: Te iam *tenet* altera coniunx
Forsitan et, nobis qui male favit, amor.
VIII 77: *Flebat* avus Phoebeque soror fratresque gemelli.
XI 57: *Scissa* tunicaque comaque.
XII 87—88: Conscia *sit* Iuno sacris praefecta maritis
Et dea, marmorea cuius in aede sumus.
103—104: Ubi *erat* tibi regia coniunx,
Quique maris gemini distinet Isthmus aquas.
XIV 66: Aptior *est* digitis lana colusque meis.
ars I 335—336: Cui non *defleta est* Ephyraeae flamma Creusa
Et nece natorum sanguinolenta parens.
II 271: Turpiter his *emitur* spes mortis et orba senectus.
III 542: Contempto *colitur* lectus et umbra foro.
687—688: *Est* prope purpureos collis florentis Hymetti
Fons sacer et viridi caespite mollis humus.
fast. I 185—186: ‚Quid *vult* palma sibi rugosaque carica', dixi
‚Et data sub niveo condita mella cado'.

II 623–624: Procul impius *esto*
Frater et in partus mater acerba suos.
III 665–666:
Iam quoque, quem secum tulerant, *defecerat* illos
Victus et humanis usibus apta Ceres.
IV 549: Noctis *erat* medium placidique silentia somni.
831: *Longa sit* huic aetas dominaeque potentia terrae.
832: *Sitque* sub hac oriens occiduusque dies.
V 400: Et *gemit* Alcides Haemoniusque puer.
VI 59–60: Inspice, quos *habeat* nemoralis Aricia fastos
Et populus Laurens Lanuviumque meum.
met. II 217–219:
Ardet Athos Taurusque Cilix et Tmolus et Oete
Et tum sicca prius creberrima fontibus Ide
Virgineusque Helicon et nondum Oeagrius Haemus.
220–223:
Ardet in immensum geminatis ignibus Aetne
Parnasusque biceps et Eryx et Cynthus et Othrys
Et tandem nivibus Rhodope caritura Mimasque
Dindymaque et Mycale natusque ad sacra Cithaeron.
248–249: *Arsit* Orontes
Thermodonque citus Gangesque et Phasis et Hister.
VI 548: *Audiet* haec aether, et si deus ullus in illo est.
VII 26–27: Non *tangat* Iasonis aetas
Et genus et virtus.
271–273: Nec *defuit* illis
Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri
Vivacisque iecur cervi.
IX 383: Care *vale* coniunx et tu, germana, paterque.
Hic locus est memorabilis, cum semper fere imperativus in numero plurali positus sit.
758: *Vult* ipsa socerque futurus.
X 401: *Vivit* genetrixque paterque.
616: Quid, quod *inest* virtus et mens interrita leti.
trist. I 3, 77: Tum vero *exoritur* clamor gemitusque meorum.

II 5–6: Ut me cognoscere *vellet*
Omine non fausto femina virque meo.

sic P et R; non est, cur mutemus.

406: Huc *accedat* Hylas Iliacusque puer.
III 10, 11: Dum *vetat* et boreas et nix habitare sub arcto [1]).
V 5, 44: Quis erat Eëtion Icariusque pater.
IV 4, 43–44: Sic *abfuit* omne
Peccato facinus consiliumque meo.
V 2, 65–66: Nec me tam *cruciat* nunquam sine frigore caelum
Glaebaque canenti semper obusta gelu.
10, 13–14: Quem *tenet* Euxini mendax cognomine litus
Et Scythici vere terra sinistra freti.
Pont. I 6, 10: Qua *sinit* officium militiaeque labor.
II 5, 29: *Obruit* audentem rerum gravitasque nitorque.
III 2, 33: *Occidit* et Theseus et qui comitavit Orestem.
IV 6, 19–20: *Sitque* malorum
Iam modus et sacrae mitior ira domus.
16, 5–6: Cum *foret* et Marsus magnique Rabirius oris
Iliacusque Macer sidereusque Pedo.

Sed pluralis in his:

epist. XII 161: *Amissis* regno patriaque domoque.
XIX 163: *Vectis* Phrixo Phrixique sorore.
fast. III 1: Bellice, *depositis* clipeo paulisper et hasta.
291–292: Sed *poterunt* ritum Picus Faunusque piandi
Tradere.
V 47–48: *Coluerunt* Romulus illam
Et Numa.
VI 268: *Significant* sedem terra focusque suam.
met. I 129: *Fugere* pudor verumque fidesque [2]).

---

1) codd. *patet;* Ehwald: *cum parat et Boreas et nix regnare sub arcto:* Merkel: *dum vetat et Boreas et nix habitare sub arcto;* Postgate: *dum parat et Boreas et nix habitare sub arcto.*

2) epist. XVI 330: Iam facient celeres remus et aura vias. Celeritas plurali numero melius exprimitur quam singulari.

s + s + v.

epist. I 4: Vix Priamus tanti totaque Troia *fuit.*

V 147–148:

Quaecumque herba potens ad opem radixque medendi
Utilis in toto *nascitur* orbe.

IX 5–6: Quem nunquam Iuno seriesque immensa laborum
Fregerit.

XIV 49: Sed timor et pietas crudelibus *obstitit* ausis.

XVI 360: In quibus Ilioneus Deiphobusque *fuit.*

XIX 202: Unda simul miserum vitaque *deseruit.*

ars III 220: Pondus iners quondam duraque massa *fuit.*

rem. 399: Ergo ubi concubitus et opus iuvenale *petetur.*

fast. I 303–304: Nec levis ambitio perfusaque gloria fuco
Magnarumque fames *sollicitavit* opum.

II 394: Ex illis unus et alter *ait.*

an alter V; *erit* A[1]. Alibi ‚unus et alter' cum plurali numero construitur.

III 729: Gange totoque Oriente *subacto.*

---

met. I 354: Quascumque v i d e n t occasus et ortus.
Metrum est, cur *vident* legamus.

Alio de loco fusius mihi dicendum est:

met. IV 735–736: Litora c u m p l a u s u c l a m o r superasque deorum
I m p l e v e r e domos.

Alienum esse videtur, quod duobus substantivis per ‚cum' praepositionem coniunctis pluralis positus est. Sed saepius ille usus apud Romanos invenitur cf. Verg. Aen. I 292–293:

R e m o c u m fratre Q u i r i n u s
Iura d a b u n t.

cf. Krueger. l. l. § 287: »im Pluralis anstatt des Singularis steht das Prädikat auch zuweilen in Beziehung auf ein Subjekt im Singularis, dem noch ein Nomen im Singular oder Plural mit cum hinzugefügt ist, cf. Liv. 21, 60: ‚dux cum aliquot principibus capiuntur'; bei Dichtern ist diese Konstruktion sogar die gewöhnliche.«

Longe aliter res se habet apud Graecos cf. Hom. Ilias XX 36–37: *Ἥφαιστος δ' ἅ μ α τοῖσι κ ί ε σθένεϊ βλεμεαίνων, χωλεύων.* cf. Od. XVI 260–261: . . . *ἤ κεν νῶιν Ἀθήνη σ ὺ ν Διὶ πατρὶ ἀ ρ κ έ σ ε ι.*

IV 293–294:

Omnis eques mixtaque gravis cum plebe senatus
Obvius ad Tusci fluminis ora *venit*.

394: Sponte deae munus promeritumque *patet*.

570: Hinc Meroë siccaque terra *subest*.

IV 827–828: Condenti, Iuppiter, urbem
Et genitor Mavors Vestaque mater, *ades*.

933–934: A dextra villis mantele solutis
Cumque meri patera turis acerra *fuit*.

ruit A.

VI 755–756: Lucus eum Nemorisque tui, Dictynna, recessus
Celat.

met. I 21: Hanc deus et melior litem natura *diremit*.

352–353: Quam commune mihi genus et patruelis origo,
Deinde torus *iunxit*.

An propter ‚deinde' singularem adhibuit Ovidius?

515–516: Mihi Delphica tellus
Et Claros et Tenedos Patareaque regia *servit*.

IV 148–149: ‚Tua te manus' inquit ‚amorque
Perdidit.'

632–633: Ultima tellus
Rege sub hoc et pontus *erat*.

691–692: Genitor lugubris et una
Mater *adest*.

V 234–235:

Sed tamen os timidum vultusque in marmore supplex
Summissaeque manus faciesque obnoxia *mansit*.

561–562: Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures
Tantaque dos oris linguae *deperderet* usum.

VII 75: Quas nemus umbrosum secretaque silva *tegebat*.

436: Munus opusque tuum *est*.

716: Facies aetasque *iubebat*.

IX 673–674: Sed vita fidesque
Inculpata *fuit*.

X 400–401: Certe fortuna domusque
Sospes et in cursu *est*.
XII 459–460: Huic aetas inter iuvenemque senemque
Vis iuvenalis *erat*.
530: Partem fuga noxque *removit*.
XIII 191–192: Hunc tamen utilitas populi fraterque datique
Summa *movet* sceptri.
578: Cura deam propior luctusque domesticus *angit*.
XIV 481–482:
Quos communis hiemps importunusque Caphareus
Mersit aquis.
498: Vox pariter vocisque via *est tenuata*.
trist. II 252: Quas stola contingi vittaque sumpta *vetat*.
501–502: Nubilis hos virgo matronaque virque puerque
Spectat.
Postgate *hoc;* A *hic;* P *hos*.
III 3, 85–86: Sed vox mihi fessa loquendo
Dictandi vires siccaque lingua *negat*.
7, 13–14: Nam tibi cum fatis mores natura pudicos
Et raras dotes ingeniumque *dedit*.
14, 33–34: Cuius et ante
Fons infecundus parvaque vena *fuit*.
IV 3, 23–24: Dum te lectusque locusque
Tangit.
V 6, 31–32: Quos praetexta verendos
Virgaque cum verbis imperiosa *facit*.
Pont. I 8, 61–62: Minimum quos inter et hostem
Discrimen murus clausaque porta *facit*.
9, 40: Sed probitas magnos ingeniumque *facit*.
II 3, 34: Sponte sua probitas officiumque *iuvat*.
7, 66: Ultima me tellus, ultimus orbis *habet*.
IV 12, 48: Et sensus cum re consiliumque *fugit*.
Octies pluralem scriptum invenimus:
am. I 6, 59: Nox et Amor vinumque nihil moderabile *suadent*.
8, 87: Servus et ad partes sollers ancilla *parentur*.

epist. XI 52: Sed timor et nutrix et pudor ipse *vetant.*
fast. IV 672: Et fructum terra pecusque *ferunt.*
met. V 252: A dextra Cythno Gyaroque *relictis.*
VII 669: Nam Telamon fraterque viros ad bella *legebant.*
XV 315–316:
Crathis et hinc Sybaris nostris conterminus arvis
Electro similes *faciunt* auroque capillos.
Pont. II, 7, 71:
Temperie caeli corpusque animusque *iuvantur*[1]).
Postgate autem scripsit ‚iuvatur'.

v + s + pl.

epist. XV 18–19: Non oculis grata *est* Atthis, ut ante, meis
Atque aliae centum.
XVII 249–250: Tu *fore* tam iusta *lentum* Menelaon in ira
Et geminos fratres Tyndareumque putas?
ars II 723–724: *Accedet* amabile murmur
Et dulces gemitus aptaque verba ioco.
fast. V 584: Cum *periit* miles signaque duxque simul.
VI 499: *Excipit* illaesos Panope centumque sorores.
met. VIII 335–337: *Tenet* ima lacunae
Lenta salix ulvaeque leves iuncique palustres
Viminaque et longa parvae sub harundine cannae.
longae parva MN; correxit Heinsius.
VIII 664–667:
Ponitur hic bicolor sincerae baca Minervae
Conditaque in liquida corna autumnalia faece
Intibaque et radix et lactis massa coacti
Ovaque non acri leviter versata favilla.

---

1) Ad hunc locum non pertinent epist. I 95–96, fast. VI 737, met. V 152–153, met. XIII 768–769: ubi metrum prohibet brevem syllabam i. e. numerum singularem.
epist. XVIII 153: At mihi, quod Perseus et *cum* Iove Liber *amarunt.*
De substantivis per ‚cum' praepositionem coniunctis vide p. 91.

669–670: *Sistitur* argento crater fabricataque fago
Pocula.

XV 319–320: Cui non *audita est* obscenae Salmacis undae
Aethiopesque lacus.

Pluralem invenimus in:

epist. XVI 203: *Conlatis* forma Menelaus et annis [1]).

pl + s + v.

epist. XVI 87: Et ex aequo donis formaque *probata*.

ars I 240: Tum dolor et curae rugaque frontis *abit*.

II 235–236:
Nox et hiemps longaeque viae saevique dolores
Mollibus his castris et labor omnis *inest*.

474: Idque merae vires et rude corpus *erat*.

III 694: Tot generum frondes herbaque summa *tremit*.

803: Et voces et anhelitus *arguat* oris.

fast. II 135: Te Tatius parvique Cures Caeninaque *sensit*.

742: Ante torum calathi lanaque mollis *erat*.

IV 134: Et vos, quis vittae longaque vestis *abest*.

883–884: Quem Rutuli Turnusque suis asciscere *temptat*
Partibus.

met. II 25–27: A dextra laevaque Dies et Mensis et Annus
Saeculaque et positae spatiis aequalibus Horae
Verque novum *stabat*.

V 563: Virginei vultus et vox humana *remansit*.

VI 488–489: Regales epulae mensis et Bacchus in auro
Ponitur.

XIV 514–516: Quae multa nubila silva
Et levibus cannis nutantia semicaper Pan
Nunc *tenet*.

---

1) Alio loco singularis numerus metro non respondebat:
ars I 27: Nec mihi *sunt visae* Clio Cliusque sorores.

trist. III 11, 7—8:

Barbara me tellus et inhospita litora Ponti
Cumque suo Borea Maenalis Ursa *videt.*

Postgate *litori.*

IV 8, 43: Haec mihi si Delphi Dodonaque *diceret* ipsa [1]).

Sing.: am.: 2, epist.: 16, med.: —, ars: 11, rem.: 1, fast.: 23, met.: 37, trist.: 17, Pont.: 10 = 117; plur.: am.: 2, epist.: 4, med.: —, ars: —, rem.: —, fast.: 5, met.: 4, trist.: —, Pont.: 1 = 16.

Videmus igitur Ovidium quoque numerum singularem praedilectum habuisse. Porro et hoc statuendum est: quo serius poemata Ovidii orta sunt, eo minus pluralis numerus adhibitus est.

Summam vim habent, ut iam p. 83 dixi, ea exempla, in quibus poetae per metrum licuit pluralem ponere.

Vide haec:

epist. IV 77—78:

Te tuus iste rigor positique sine arte capilli
Et levis egregio pulvis in ore decet.

XI 57: Scissa tunicaque comaque.

XII 103—104: Ubi erat tibi regia coniunx
Quique maris gemini distinet Isthmus aquas.

XVI 87: Et ex aequo donis formaque probata.

ars II 474: Idque merae vires et rude corpus erat.

III 694: Tot generum frondes herbaque summa tremit.

687—688: Est prope purpureos collis florentis Hymetti
Fons sacer et viridi caespite mollis humus.

1) ars III 563: Non bene *cum sociis* regna Venusque *manent.* cum sociis = una cum sociis; de ‚una' iam p. 10 dixi.
ars III 690: Ros maris et lauri nigraque myrtus *olent.*
Plurali numero exprimuntur odores, qui afflantur omnibus e floribus.

rem. 399: Ergo ubi concubitus et opus iuvenale petetur.
fast. II 742: Ante torum calathi lanaque mollis erat.
III 729: Gange totoque Oriente subacto.
IV 883: Quem Rutuli Turnusque suis asciscere temptat.
met. IV 632–633: Ultima tellus
Rege sub hoc et pontus erat, qui . . .
VII 75: Quas nemus umbrosum secretaque silva tegebat.
716: Facies aetasque iubebat.
XII 459–460: Huic aetas inter iuvenemque senemque
Vis iuvenalis erat.
XIII 578: Cura deam propior luctusque domesticus angit.
trist. III 3, 85–86: Sed vox mihi fessa loquendo
Dictandi vires siccaque lingua negat.
11, 7–8: Barbara me tellus et inhospita litora Ponti
Cumque suo Borea Maenalis Ursa videt.
V 2, 65–66:
Nec me tam cruciat numquam sine frigore caelum
Glaebaque canenti semper obusta gelu.
Pont. II 3, 34: Sponte sua probitas officiumque iuvat.
7, 66: Ultima me tellus, ultimus orbis habet.
IV 6, 19–20: Sitque malorum
Iam modus et sacrae mitior ira domus.

Conclusio.

Iam ad finem rei propositae progressus sum; ex copiis autem, quas congessi, mihi apparere videtur poetas Latinos inde a Terentio, scriptores inde ab auctore ad Herennium eam legem summo studio secutos esse, ut numerum singularem praeferrent quam maxime, Graecos vero omnibus temporibus multo saepius singularem quam pluralem adhibuisse demonstratum esse, quem singularem nondum apud Plautum, semel tantum ab Ennio usurpatum invenimus; Terentius demum praetulit singularem; multo serius illa consuetudine sunt usi scriptores prosaici Latini.

Quid igitur verisimilius esse videtur quam poetas Latinos Graecorum genus dicendi secutos et imitatos esse et scriptores Latinos prosaicos ab horum poetarum usu pendere! Gravissimum praeterea, quod lucrati sumus, hoc est: a genuina scilicet et prisca Latinitate alienam fuisse hanc legem; quam sententiam ut sustineamus, persuadent Plautus et Cato, quos testes habemus idoneos, nec non et ea, quae p. 62 ad SC. de Bacchanalibus adnotavi. Immo Graeci inde ab Homero singularem fovebant, genuinus et priscus sermo Latinus pluralem. Usus Terentianus, Vergilianus, Ciceronianus ‚graecismus' est, quem prava voce dicere solemus.

Breviter **schemata** comprehendam, in quibus singularis verbi numerus praeoptabatur:

1) v + s + s
2) s + s + v
3) v + s + pl
4) pl + s + v.

Inprimis nominum incorporalium singularis numerus proprius est. Neque Catullus neque poetae aetatis Augusti discesserunt ab illa consuetudine; vide numeros:

	sing.	plur.
Catullus	4	1
Vergilius	87	5
Horatius	114	1
Tibullus	8	—
Propertius	7	—
Ovidius	117	16

Idem genus dicendi videmus apud posteriores cf. Birtii praef. Claud. p. CCXXIV.

VITA.

Natus sum Ludovicus Becker die XV mensis Februarii anni MDCCCXC Cassellae, patre Ludovico, matre Augusta e gente Schleiermacher, qui quod adhuc vivunt, maxime gaudeo; civis Borussus sum. Fidei addictus sum evangelicae.

Litterarum elementa postquam perdidici, gymnasium, cui nomen est lyceum Fridericianum, adii, cuius discipulus fui per novem annos. Maturitatis testimonium adeptus vere anni MCMVIII Marpurgum me contuli, ubi studiosis litterarum antiquarum atque historiae sum adscriptus. Duo semestria ibi commoratus ad universitatem Monacensem migravi; autumno eiusdem anni Marpurgum redii ad studia mea absolvenda, cuius universitatis civis usque ad hoc tempus esse non desii. Hic examen rigorosum superavi die 29 mensis Ianuarii a. MCMXIII atque ad diem promotionis versatus sum.

Docuerunt me viri doctissimi Monacenses: Crusius, Drerup, Otto, Poehlmann, Wolters; Marpurgenses: Birt, Busch, Geldner, Jacobsohn, Chr. Jensen, Kalbfleisch, Klebs, Maass, Menzer, Mirbt, Natorp, Schwarz, de Sybel, Thiele, Thumb, Wenck.

Ad proseminarium philologum me admiserunt Thiele, Otto. Seminarii philologi benignitate Birtii, Kalbfleischii, Maassii per quattuor semestria sodalis fui; seminarii historici exercitationibus ut per quinque semestria interessem, permisit Klebs; per sex menses interfui exercitationibus grammaticis, quas habuerunt Jacobsohn et Chr. Jensen.

Quibus omnibus praeceptoribus gratias ago magnas, maximas autem Theodoro Birt, qui ad hoc opusculum scribendum me invitavit et opera consilioque benevolentissime me adiuvit.